

## A N N O S E X T O



Dat. die 9. Julii  
1763. Ann. VI.

CCCLVII.

Hierosolymitano Magno Magistro significat, ut executioni committere quam cito curet S. Rotæ Romanæ judicatum, quo statuitur, Alemannicam Ordinis linguam in duas esse dispartientiam, Germanicam nempe, ex Helveticam.

Dilecto Filio Emanuelli Pinto  
Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani  
Magno Magistro

Clemens PP. XIII.

Dilecte filii salutem,  
et Apostolicam benedictionem

Suam adhibi-  
tam sollicitudi-  
nem exprimit  
Pontifex pro  
presentis con-  
troversæ con-  
ciliatione.

§. 1. Studere te maxime, ac cupere, diu multumque disceptatam litem duas inter Nationes Germanicam, et Helveticam, quibus Alemanna constat Lingua, per aliquam amice transigendi rationem, bonaque cum gratia aliquando componi, tum ex tuis literis, tum ex sermonibus, quos nobiscum habuit dilectus filius Jacobus Laurus de Breteville universi Hierosolymitani Ordinis apud Nos, et S. Sedem Orator, intelleximus. Nobis quidem persuasissimum erat per quam esse difficile, ut cujusquemodi conditionibus inter litigantes res conveniret: illam enim partem, quæ post longam concertationem causam apud Nostræ Romanæ Rotæ Duodecemvirale Collegium obtinuerit, nihil aliud expetere putabamus, quam decisionis executionem habere, et ex victoria sua fructum capere, quem longiori cunctatione amittere vereretur nec propterea quidquam de suo jure unquam remissuram, quod omnino fieri oportet, si res ad transactionem redeat.

Quo concilia-  
tio quum opta-  
tum exitum ha-  
bere haud po-  
tuerit, execu-  
tionem comitten-  
dum esse Rota-  
le judicatum  
hortatur, ad

§. 2. Verum, ut et novum Nostræ voluntatis, et studii erga tuum Ordinem præberemus indicium, investigare, dilecte filii, non prætermisimus, qui hac in re animus esset Nationis Helveticæ; quodque verebamur, illud comperimus, nihil eam velle diminutum de suo jure,

quod Duodecemvirale Collegium Rotæ bonum æquumque judicasset, ejusque <sup>cuncta dissidia</sup> <sup>dirimenda.</sup> executionem vehementer expetere, et verbis quidem obsequuti, et observantiæ plenis, sed tamen instantissime flagitare. Nullus igitur, Dilectæ Fili, rei transigendæ relictus est locus, ac propterea, nisi justitiam aperte læsam velimus, negotii hujus cursum diutius remorari non possumus. Itaque postquam amantissimi parentis egimus partes, judicis personam Nos suscipere oportuit; idque decrevimus, non amplius cunctandum, ac sine ulla mora Decisionem Romanæ Rotæ executioni esse mandandam, cui executioni te, dilecte Fili, promptam, et diligentem operam daturum esse non dubitamus, nec quemquam suspicamus voluntati tuæ restitutum, qui tuum in hanc Sacram B. Petri Sedem obsequium, tuique Ordinis universi prorum ad parendum animum probe perspectum habemus, et exploratum. Atque ita omnis sedabitur ægritudo animorum, et in cunctis tui Ordinis partibus restituatur concordia, qua ut nihil in omni corpore præstabilius, sic in Hierosolymitano, quod habemus commendatissimum et in oculis gerimus, constitutam maxime volumus. Tibique, dilecte Fili, eximiæ erga te, singularisque in universum Ordinem benevolentiae Nostræ pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Mariam Majorem sub Annulo piscatoris die ix. Julii MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno Sexto.



Dom. die 12 Julii  
1765. An. VI.

CCCLVIII.

Universitatem studiorum in Civitate Calaris Regni Sardiniae jam alias usque ab Anno 1606. a Paulo V. institutam confirmat, novisque redditibus, atque privilegiis donatum ampliat.

*Constitutio Pauli V. Anni 1606. super erectione hujus Universitatis, de qua in praesentibus literis sermo est, non reperitur impressa in Bullario Mai-nardii.*

Clemens Episcopus Servus Servorum Dei  
ad perpetuam rei memoriam

Romanorum  
constans Pontificum cura sen-per fuit, scientiarum propa-gatio, et con-servatio.

§. 1. **D**ivinas, humanasque scientias conservandi, et propagandi studium quod praedecessores Nostri, e Beati Petri Cathedra veritatis magistra adeo impense coluerunt, Nos itidem divinae sapientiae consilio in ea modo constituti, pari animo foventes, omnem curam, sollicitudinemque Nostram adhibemus, ut populi ad scientiarum agnitionem, et adeptionem invitati, inde disjecta ignorantiae caligine, solertes dominicae vineae operarii, validique Catholicae veritatis assertores, et vindices efficiantur. Cumque compertum, et exploratum sit, maximopere ad id contulisse universarum disciplinarum scholas, ab ipsis Nostris praedecessoribus Apostolicae Sedis auctoritate institutas, in quibus non solum scientias omnes, bonasque artes addiscendi praebetur incitamentum, et occasio, verum ea potissimum adolescentes imbuuntur doctrina; qua intaminata fides gignitur, coalescit, tuetur, et roboratur, ideo libentissime scholarum generalium restitutioni, seu novae potius institutioni, auctoritatis Nostrae praesidio consulere satagimus.

Paulus V. anno 1606 studiorum Universitatem in Civitate Calaris instituit, eaque pluribus privilegiis ditavit.

§. 2. Siquidem anno Dom. MDCVI. Paulus Papa V. praedecessor Noster bonae Philippi III. Hispaniarum Regis, cui tunc Sardiniae Regnum etiam parerebat, nec non ejusdem Sardiniae Ordinum, et Magistratum supplicationibus annuens, ne quamplures amplissimae Insulae adolescentes a studiis, quibus alio incumbere debuissent ob sumptuum, vel maris difficultates, et incommoda distinerentur, ad augendum illius Insulae decorem, Apostolicis literis, universitatem studiorum generalem in Civitate Calaris instituit, eique privilegia omnia addidit, quibus Salamantina, Vallisoletana, Compluten-

sis, aliaeque in Hispaniis universitates gaudent.

§. 3. Verum sicut accepimus quamquam scholarum aedificium incoeptum fuerit, habendorumque studiorum regulae digestae, quaedam etiam praestitutae leges, ac aliqui scientiarum Professores essent delecti, ad exitum tamen non modo res non perductae, sed ne aedes quidem fuere. Etenim ob temporum vicissitudines, ob bella, aliasque calamitates minime datum fuit, ut assignarentur universitati redditus, vel alia saltem ratione necessariis impendiis consuleretur. Unde qui hactenus in ea Insula ad scientiarum gradus, vel magisteria vi privilegii dicti Pauli praedecessoris ascendere nisi sunt, privatos sibi ipsis quiesierunt praecipuos.

At ex temporum difficultatibus, bellisque in Sardinia gestis, quae a Paulo V. ordinata fuere, nondum plenam obtinere exequutionem.

§. 4. Quare carissimus in Christo filius Noster Karolus Emmanuel Sardiniae Rex Illustris, publicae Accademiae opus ad diuturna illinc depellenda mala unice necessarium, abjecta cunctatione omni, ut statim exercitatione, vigeat, et floreat, rei publicae, et Ecclesiasticae tandem exoptatos efferat fructus penitus perficere, deliberatum habens de extruenda in ipsa Calaris Civitate commodiori loco aedificii mole, quodque praecipuum est, de annuis proventibus scientiarum professoribus assignandis, caeterisque sustinendis impendiis, plures qua pollet prudentia rationes iniit oportunas.

Modernus Sardiniae Rex de ceteri implemento singulorum ad Universitatem hanc spectantium sollicitus fuit.

§. 5. Verum cum eas ad ingentes sumptus, totque assiduas erogationes impares esse ambigeatur, plurimique intersit ejusdem publicae studiorum universitati, ut illa denuo Apostolicae auctoritatis vi restituatur. Ideo pro ejus, avitaeque Regiae gentis suae in Apostolicam Sedem pietate, et devotione, rem totam, votaue sua Nobis aperuit, ut plurima etiam Romanorum Pontificum praedecessorum Nostrorum exempla imitati huic operi supremam manum, atque ex Ecclesiae bonis, dotis supplementum preberemus.

Adeoque a Summo Pontifice postulavit supremam suam manus adjectionem.

§. 6. Nos igitur, qui per alias nostras literas in accessionem, et partem dotis mox futurae universitatis, Praebendam de Assemini nuncupatam, a Canoniatu Ecclesiae Calaritanae sejungere, et ipsi Universitati ita addicere, et attribuire intendimus, ut inde provenientes fructus, curante pro suo munere Calaritano Archiepiscopo, in stipendia Ecclesiasticorum virorum, sive Secularium, sive Regularium, qui Theologicas, Canonicas, ac Sacrae, et Eccle-

Pontifex Regis votis obsecrans, reddituum augmento prospexit, et hujus Universitatis institutionem a Paulo V. probatam, confirmavit juxta illius institutionis literas.

siasticæ Historiæ disciplinas tradent, atque in ejusdem Universitatis conservandum, ornandumque sacellum, ejusque opportunos Ministros impendantur, ejusdem Karoli Emmanuelis Regis tam provida consilia maxime commendantes ad populorum Sardiniae utilitatem, atque in Religione, et doctrina profectum, motu etiam proprio, et ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, Universitatem studiorum, et scientiarum generalem in dicta Civitate Calaritana a Paulo prædicto, prædecessore institutam, cum omnibus, et singulis juribus illi attributis, harum serie innovamus, et quatenus opus sit, ut in ejus Scholis bonæ artes, scientieque omnes a designandis Lectoribus, et Magistris publice doceantur, iterum Apostolica auctoritate erigimus, et instituimus, et juxta ejusdem Pauli prædecessoris literas, pro tempore existentem Ecclesiæ Calaritanæ Archiepiscopum in perpetuum illius Præsidem, et Rectorem itidem perpetuis futuris temporibus eligimus, et deputamus.

Insuperque novam hanc Universitatem singulis honoribus, et privilegiis decoravit, quibus celeberrimos Italiae, atque Europæ donatur.

§. 7. Ipsi quoque Universitati præter ea, quæ ab eodem Paulo prædecessore collata fuere decora, atque ornamenta, illiusque Præsidi antecessoribus lectoribus, magistris, professoribus, alumniis scholasticis, aliisque personis ei quoquo modo addictis quibuscumque, ut omnibus, et quibusvis privilegiis, et indultis, libertatibus, favoribus, immunitatibus, exemptionibus, gratiis, prærogativis, honoribus, et in præ eminentiis Romanæ, Taurinensis, Patavinæ, aliisque per Italiam, et Hispaniam similibus publicis studiorum generalium Universitatibus, illarumque superioribus, lectoribus, magistris, doctoribus, præceptoribus, alumniis scholasticis, procuratoribus, bidellis, nuntiis, officialibus, ministris, aliisque personis in genere, vel in specie quomodolibet concessis non solum ad eorum instar, sed pariformiter, et æque principaliter in omnibus, et per omnia uti, potiri, et gaudere; ac insuper eisdem Universitati, ejusque Præsidi, seu Rectori, ut de antecessorum, seu rectorum, aut magistrorum consilio, et cum eorum suffragio quoscumque ad illam accedentes, ac per tempus ut infra statuendum studiis inibi vacantes, si scientia, et moribus idoneos esse compertum fuerit, in omnibus scientiis, et facultatibus, quæ in illa Universitate docebuntur, et legentur ad Baccalaureatus, Licentiaturæ, Laureæ, ac Doctoratus, nec non Magisterii, et quo-

scumque solitos gradus, servata tamen in omnibus decretorum Viennensis, et Tridentini Conciliorum forma, juxta laudabiles quarumvis publicarum universitatum consuetudines promovere: illisque, ut post promotionem hujusmodi solita insignia deferre, et gestare, et scientias, ac facultates, ad quas promoti fuerint publice docere, et legere, ac interpretari, in iisque disputare, nec non quoscumque actus gradui, seu gradibus per eos receptis convenientes gerere, ac aliis omnibus, et singulis privilegiis, favoribus, prærogativis, et indultis, quibus alii in cæteris Universitatibus, juxta earum ritus, et mores ad gradus ipsos promoti, de jure, vel consuetudine (aut alias utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum) æque principaliter uti, potiri, et gaudere libere, et licite possunt, et valeant, ac etiam debeant, et teneantur, eadem auctoritate concedimus, et indulgemus.

§. 8. Præterea ipsi Archiepiscopo tamquam præsidi, seu rectori, et aliis ejusdem Universitatis constituendis directoribus, ut ad prosperum, et felix illius regimen, et gubernium procurandum, aptiorique methodo literæ, et scientiæ ibidem doceantur; ac Religionis præscribantur peragenda exercitia, quævis leges, statuta, et ordinationes Sacris Canonibus, et Concilii Tridentini decretis conformes concedere, et promulgare, ac pro temporum, et rerum opportunitate immutare, et abrogare, aliaque de novo edere, ac pro earum, observantia adversus contravenientes penas condignas statuere, libere, et licite possint et valeant, plenariam facultatem, eadem auctoritate per præsentibus tribuimus, et impertimur.

§. 9. Decernentes, easdem præsentibus literas, et in eis contenta quæcumque semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, Sedisque Apostolicæ Nuncios, sublati eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere; ir-

Calaritano Archiepiscopo tamquam Universitatis Rectori facultas tribuitur condendi leges, et Statuta, illorumque observantiam incumbere.

Clavula sublati, et decretum irritum.


ritum quoque, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio con-  
trariozum.

§. 10. Non obstantibus, quatenus opus sit, Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis. Privilegiis quoque, indultis, et literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet forsitan concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, harum quoque serie specialiter, et expresse derogamus, et derogatum esse volumus contrariis quibuscumque.

Sanctio poena-  
lis.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat, paginam hanc Nostræ innovationis, novæ erectionis, institutionis, electionis, deputationis, concessionis, indulti, facultatum impertitionis, decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ MDCCLXIII, iv idus Julii, Pontificatus Nostri anno sexto.



CCCLIX.

Viennensi Archiepiscopo per hæc litteras exprimit Sanctæ Sedis sollicitudinem ad impediendam Canonico-regularium Regularium S. Ruffi suppressionem, pariterque eidem Archiepiscopo suum dolorem participat pro sequuta expulsionem Clericorum Regularium Societatis Jesu ab universis Galliarum Regnis.

*Quoad arbitriam suppressionem Canonico-regularium S. Ruffi, eorumque bonorum incorporationem Ordini Militari S. Lazari adsunt hujus Pontificis Epistolæ, ad hunc Viennensem Antistitem, nec non ad Valentinum, et Diensem, quas retulimus hoc Tom. II sub num. CLXXIV, CLXXV. et CLXXXV. pag. 45. 46. et 64.*

Venerabili Fratri Guillelmo  
Archiepiscopo Viennensi in Delphinatu

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam benedictionem

§. 1. **L**itteras Fraternalitatis tuæ libentissime legimus, tuumque de Ecclesiæ rebus præclarum laudavimus studium, et in ejus dignitate defendenda constantiam. Scribis enim, te paratum esse, vel solum, ad omnem dimicationem procurrare pro tuendo Ordine Canonico-regularium S. Ruffi, de quo extinguendo, ejusque bonis Militari Ordinis S. Lazari tribuendis jamdudum Nobis scripsit Fraternalitas tua, auctoribus hominibus Regularium statui paulo inferioribus, agitari consilia. Quæ quidem alacritas tua noli quærere in his asperis rebus, in quibus Pontificatus Nostri Apostolicus versatur labor, quantum Nobis consolationem, et jucunditatem attulerit. Confortare igitur, et esto robustus in Domino. Cæterum iis, qui prælia Domini præliari susceperint, nunquam deerit Apostolica auctoritas Nostra, quin illis veniat auxilio. Atque hac de re jam ab eo tempore, cum a Fraternalitate tua, et Venerabilibus Fratribus Episcopis Diensi, et Valentiniensi litteras accepimus, statim constituimus, si forte ad Nos deferretur ejusmodi postulatio, ut illum Ordinem vellemus extinctum, cum omnibus Delphinatus Episcopis rem om-

Viennensem  
Archiepiscopum laudat, eo  
quod arbitria  
Canonico-regularium  
Regularium S. Ruffi  
suppressioni  
obstat, et  
Apostolicæ Sedis  
auxilium  
promittit.

nem communicare, vestram prudentiam consulere, et a vobis præsertim exquirere, qua tandem ratione ab ista Provincia vestra possemus tantum malum avertere, quod Fidelium utilitatem tantopere detereret, Regularium Ordinum dignitatem imminueret, et tum spirituali, tum temporali Ecclesiarum denique bono adversaretur. Confirmarunt hanc animi Nostri sententiam tum Episcoporum, quos memoravimus, iteratæ querelæ, tum Cleri Gallicani acta in superioris anni Comitibus, qui ad carissimum in Christo Filium Nostrum Galliarum Regem Christianissimum suas ea de re quærelas voluit delatas: Quod factum eam spem Nobis ostendat, futurum ut, qua est religione Princeps optimus, nunquam committat, tot incommodis premi vestras Ecclesias quotquot ab ejus Ordinis extinctione proficiscerentur, et eorum, qui Ecclesiæ destructionem malunt quam ædificationem, consilia, et molitiones evertat. De incerto rumore quodam, quem scribis manasse in vulgus, Fraternitatem tuam hujus Ordinis extinctioni non adversari, vel etiam consensisse, nihil omnino inaudivimus; et ad aures Nostras si pervenisset, facile judicassetur falso, et malitiose ab hujus machinationis auctoribus fuisse jactatum.

Condolet pro  
expulsione a  
Gallicis Regnis  
Clericorum Re-  
gularium Soc-  
ietatis Jesu, et  
damna præ-  
nunciat exinde  
Religioni futu-  
ra.

§. 2. Postremo de pulsis isthinc Clericis Regularibus Societatis Jesu Fraternitas tua conqueritur. Non tua tantummodo ista est, sed honorum omnium quærela. In vinea Domini, quæ veremur, ne isthic silvescat, pauciores fieri Operarios minime oportuit, præsertim eos, qui non tam verbo, quam exemplo fidelibus rectum cursum ad æternæ salutis portum commonstrabant. Remedia omnia sumus experti, ut tantam ab Ecclesia Dei propulsarem calamitatem, quæ cum ad nihilum reciderint, nil Nobis reliquum est, quam Dominum Jesum Christum orare flagrantissimis precibus, ut qui imperat ventis, et mari, pristinam in Ecclesia Sancta sua serenitatem revocet, et tranquillitatem. Te vero quamquam stimulis cohortationis Nostræ non indiges, hortamur in Domino, et obsecramus, ne in hac temporum iniquitate ab Ecclesia tua oculos unquam dejicias; excubescque tamquam in Episcopali custodia, ne in gregem tuum paucioribus nunc custodibus communitum adversarius Diabolus ipetum faciat. Tibi denique, Venerabilis Frater, Nostræ, quæ tuo zelo, tuisque Episco-

palibus debetur virtutibus benevolentæ pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xii. Julii MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno sexto.

CCCLX.

Dat. die 13.  
Julii 1763 An-  
no VI.

De eadem pertentata arbitraria suppressione Canonicorum Regularium Sancti Ruffi scribit Valentinensi Episcopo, cui S. Sedis auxilium nunquam defuturum promittit.

*Videnda adnotatio apposita Epistolæ præcedenti.*

Venerabili Fratri Alexandro Episcopo  
Valentinensi in Delphinatu

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam benedictionem

**D**e tollendo Ordine Canonicorum Regularium S. Ruffi, ejusque bonis Militari Ordini S. Lazzari assignandis tribuendisque, non est, quod a Nobis mentas, Venerabilis Frater; si qua enim proponatur Nobis ejusmodi postulatio, jam inde cum tuas, et Venerabilium Fratrum Archiepiscopi Viennensis, et Diensis Episcopi ea de re quærelas accepimus, vestram statuimus animo prius rogare sententiam, quam quidquam agatur in tam gravi negotio. Nobis quidem maxime illa cura esse debet, ut Regulares Ordines serventur incolumes, neve a sacro usu ad seculares sumtus eorum bona traducantur. Nostri hujus consilii tenaciores fecit non solum iterata Episcoporum; quos memoravimus, expostulatio, sed etiam Gallicanus Clerus, qui in Comitibus anno superiore habitis, a carissimo in Christo Filio Nostro Ludovico Galliarum Rege Christianissimo deprecatus est, ne S. Ruffi Ordinem pateretur extinguere. Unde magna spes est Nobis injecta, nunquam pro animi sui religione commissurum optimum Regem, rem confici ejusmodi, quæ Ecclesiæ damnus inferret, et Ecclesiasticas averteret regulas. Hanc vero spem Nostram majorem facit, quod ea res siletur a multo tempore. Verum utcumque erit, nunquam Apostolica Sedes quidquam in hoc negotio

capiet consilii, nisi antea rogaverit Episcopos quid ea de re sentiant, et ad canonicarum regularum, legumque, Ecclesiasticarum, regularisque disciplinæ trutinam rationes probe expenderit, quibus fulciatur ea petitio. Vides, quod ad Nos attinet, Venerabilis Frater, nullam precibus tuis fieri posse accessionem ad eam animi Nostri constantiam, qua Regularium Ordinum incolumitatem semper tuebitur. Sed tamen perquam gratum Nobis fuit, quod zelum te egregio Episcopo dignum in tuis literis recognovimus, tuamque studium defendendi Regulares Ordines vehementer probamus, semperque laudabimus; tuæque Fraternitati, summæ erga eam voluntatis Nostræ pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xiii. Julii MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno sexto.

## CCCLXI.

Dat. die 13.  
Julii 1763. Anno VI.

Passaviense Capitulum hortatur, ut vacanti illi Ecclesiæ de idoneo Pastore eligendo sollicitum habeat animum, interimque rectæ vacantis Ecclesiæ regimini incumbat.

Dilectis Filiis Præposito, Decano, Seniori, et universo Passaviensis Cathedralis Ecclesiæ Capitulo

Clemens PP. XIII.

Dilecti filii salutem, et Apostolicam benedictionem

**D**olere vos atque angere immaturo Episcopi Passaviensis interitu, quod ex literis vestris accepimus, minime mirandum. Pastorem enim amisistis, de cuius virtutibus, plurimum vobis iure pollicebamini. Nunc vero spes omnes illius morte sunt vobis ademptæ. In hac tamen, quam fecistis, tanta jactura, a Deo petenda vobis est consolatio; ejusque misericordia fretos sperare vos oportet futurum, ut alius demortui similis isti præficiatur Ecclesiæ, qui nihilo minore sanctificandarum animarum studio teneatur, Dei que gloriam eadem plane cura, et alacritate animi amplificandam suspiciat. Id ut assequamini, vestra sunt consilia ad Dei voluntatem accommodanda, qui in ta-

*Bull. Rom. Tom. II.*

libus deliberationibus privatarum rerum respectum aspernatur, et respuit, nec alio, quam ad procurandam Ecclesiæ utilitatem dignitatemque conservandam, Electorum mentes vult esse conversas. Nos quidem pietati vestræ confisi, non dubitamus, quin ex hac deliberatione vestra incalcentissimum exiturum sit argumentum, vos de Passaviensis Ecclesiæ honore unice cogitasse. Prærepti vobis Episcopi animam, vestrorum sacrificiorum precatio nunque suffragiis pro certo habemus jam esse adjutam, et adhuc pro singulari vestro in eum amore adjuvari. Interea id volumus existimetis illi mortuo fore gratissimum si, dum illi succedatur, Ecclesiam quam vivus tantopere adamavit, eadem qua ille sedulitate, vigilantia, et studio gubernetis. Nos a Deo Patre lumen suppliciter poscimus, ut divinæ lucis radio tactos velit animos vestros, illumque vobis eligendum ostendat, qui doctrina, et quod est potissimum, puris, sanctisque moribus, et omnis vitæ suæ exemplo Gregi sibi commisso viam ad cælestem Patriam muniat. Quod ut eveniat auspiciam Apostolicam benedictionem Vobis peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xiii. Julii MDCCLXIII. Pontificatus Nostri anno sexto.

## CCCLXII.

Dat. die 20.  
Julii 1763. Anno VI.

Cum Trevirensi Archiepiscopo gratulatur de nova ædificatione Catechismi Romani, deque Epistola ad Pastores Trevirensis Diocesis missa super ejusdem Catechismi promulgatione et usu pro bono Catholicæ Religionis.

Venerabili Fratri Joanni Philippo  
Archiepiscopo Trevirensi S. R. I.  
Principi Electori

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam benedictionem

**Q**uantopere conservandæ, augendæque Catholicæ Fidei cupida sit Fraternitas tua, quam devota Apostolicæ Sedi, quanta Nos colat denique observantia, et obsequio, declaravit modo elegantissima edito Catechismi Romani, quem mitissimis formis recudendum,

C c c 2



et ad Protestantæ æque, ac ad homines Catholicæ nominis pervulgandum curasti. Encyclicam Nostram, qua primores Ecclesiarum Pastores cohortati sumus, ut ad populum erudiendum eo Catechismo uterentur, multum apud te valuisse oportuit, qui ei libro præfixam illam voluisti, et ad eam cohortationem consilium in hac re tuum accuratissime accommodasti. Et vero Fraternitatis tuæ mirifice Nobis placuit ad Pastores Animarum Trevirensis Diœccesis epistola, qua quibusdam ex encyclica Nostra, aliisque pluribus de sapientiæ tuæ penitè depromptis prudentissimis monitis, rectam proponis graviter cauteque tradendæ Christianæ Doctrinæ rationem. Quamobrem librum hunc, tam opportune a te editum, Venerabilis Frater, existimamus, custoditæ a Fraternitate tua Catholicæ Fidei fore monumentum ad memoriam Episcopalis zeli tui sempiternam; quod ut tibi magnopere gratulamur, ita quod ad Nos eundem librum conciane eleganterque compactum dono miseris, et per dilectum Filium Franciscum Fagnam diligentem rerum tuarum in Nostra Romana Curia Procuratorem in manus Nostras volueris traditum, tibi gratias agimus, et semper habebimus; cujus grati animi Nostri testem interea, Venerabilis Frater, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xx. Julii MDCCLXIII. Pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXIII.

Dat. die 2.  
Augusti 1762.  
Ann. VI.

Confirmatio decreti Prioris Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini super perpetua unione Conventuum existentium in Civitate Notabili, atque in alia Valettæ Insulæ Melitensis.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Binns hujus Ordinis Conventus in Insula Melitensi existentes in vicem unire, et incorporare duxit Prior Generalis Ordinis præfati.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Franciscus Xaverius Vasquez Prior Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini, quod, ipse cupiens in duobus dicti Ordinis, uno in Notabili, et alio in Valletta Oppedis Civitatibus nuncupatis Insulæ Melitensis existentibus Conventibus, meliori alumnorum suorum præsertim Ju-

venum dictorum Conventuum æducationi consulere, proprium, et consentaneum, dictos duos Conventus, illorumque filios, ac bona, annuosque redditus, et proventus, nec non sumptus et expensas pro illorum conservatione necessarias unire, et inter se commiscere, ac in unum corpus redigere existimavit, suumque, ea super re ordinaria, qua utitur facultate, decretum condidit, tenoris sequentis videlicet.

§. 2. » Frater Franciscus Xaverius » Vazquez Peruanus Sacræ Theologiæ » Magister, totius Ordinis Fratrum Eremitarum S. P. N. Augustini Prior Generalis = Cum Rev. Pater Magister » Frater Josephus Maria Lombardo Provincia nostræ Siciliæ Prior Provincialis, occasione Sanctæ Visitationis, elapso anno habitæ in insula Melitensi, statum duorum Conventuum nostrorum Notabiliensis scilicet, et Valitensis serio perpendens, illius opulentiam, hujusque paupertatem observaverit, atque inde maximum oriri inconveniens advertit, quod studia nostra, quæ in Civitate Notabilis veluti marcescunt, ad Civitatem Vallettæ, in qua, utpote in illius principatus capite, cum non modico Ordinis nostri decore florere possent, minime transferri queant: nec quod magis est, ruinis, quas præfatus Valitensis Conventus, et Ecclesia undique minitantur obviam iri, ob prædictam ejus paupertatem, sit illo modo possibile: cumque his omnibus remedium afferri posse cogitaverit, si duo prædicti Conventus uniantur, ita ut communis fiat exitus, communis introitus, cæteraque omnia communia; re cum Religiosis utriusque Conventus communicata, et ab omnibus Conventus Vallettæ filiis, ac a majore parte filiorum Conventus Notabilis obtento consensu, ad Nos recursum habuerit, nostramque auctoritatem imploraverit. Nos omnibus mature perpensis, certioresque facti nedum ab ipso Procuratore Provinciali, sed etiam ab aliquibus Nobilissimis Equitibus, qui ad Nos super eadem re literas dedere suas, eadem unionem valde Ordini nostro profuturam, multumque Celsitudini Eminentissimæ Magni Melitensium Magistri, totiusque percelebri Hierosolymitanæ Religioni fore placituram, tenore præsentium, nostrique muneris auctoritate, nec non de consilio Adm. RR. PP. Nobis Assistentium, duos præfatos Conventus Valitensem,

Tenor decreti unionis Prioris Generalis Ordinis.

» ac Notabiliensem unimus, prout uni-  
 » tos esse volumus, et declaramus;  
 » statuentes, quod in Conventu nostro  
 » Notabiliensi, duodecim semper esse  
 » debeant ad illius Ecclesiae, et Con-  
 » ventus servitium Religiosi, octo, aut  
 » novem Sacerdotes, reliquique Laici;  
 » et quod sicut communis est, atque  
 » unus duorum Conventuum affiliatio;  
 » ita ut, qui uni ex praedictis Con-  
 » ventibus affiliabitur, alteri quoque  
 » affiliatus eo ipso intelligatur. Et ita  
 » semper in posterum servari volumus,  
 » atque mandamus; praecipientes omni-  
 » bus nobis inferioribus cujuscumque  
 » sint gradus, et conditionis in meri-  
 » tum salutaris obedientiae, et sub pœ-  
 » nis contra inobedientes a sacris nostris  
 » Constitutionibus statutis, aliisque no-  
 » stro arbitrio reservatis, ne sub quo-  
 » cumque praetextu, seu colore huic  
 » nostro decreto, se opponere, sive  
 » contraire praesumant. Datum in Con-  
 » ventu Nostro S. P. Agustini de Urbe  
 » die 8. Martii anno 1762 = Fr. Fran-  
 » ciscus Xaverius Vazquez Generalis »  
 » Nostri mun. aff. sigillo = Magister  
 » Fr. Philippus M. Tamburini Picens  
 » Ord. Secr.

§. 3. Quoniam autem dictus Fran-  
 ciscus Xaverius Prior Generalis decre-  
 tum hujusmodi, quo firmiter subsistat,  
 et servetur exactius, Apostolicæ con-  
 firmationis Nostræ patrocínio commu-  
 niri summopere desiderat. Nos piis ejus-  
 dem Francisci Xaverii Prioris Genera-  
 lis votis hac in re, quantum cum Do-  
 mino possumus, favorabiliter annuere  
 volentes, eumque a quibusvis excom-  
 municationis, et interdicti, aliisque Ec-  
 clesiasticis censuris, sententiis, et pœnis,  
 quovis modo, et quacumque de causa  
 latis, si quas forte incurrit, hujus tan-  
 tum rei gratia absolventes, et absolu-  
 tum fore consentes, supplicationibus ejus  
 nomine nobis humiliter porrectis incli-  
 nati, praesertim decretum, ac omnia  
 et singula in eo contenta, et expressa,  
 auctoritate Apostolica, tenore praesentium  
 confirmamus, et approbamus, illique  
 inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur  
 adiicimus, omnesque, et singulos juris  
 et facti defectus, si qui desuper inter-  
 venerint, supplemus, et sanamus.

§. 4. Decernentes, easdem praesen-  
 tes literas semper firmas, validas, et ef-  
 ficaces existere, et fore, suosque ple-  
 narios, et integros effectus sortiri et obti-  
 nere, ac illis, ad quos spectat, et pro  
 tempore quandocumque spectabit ple-  
 nissime suffragari, et ab eis respective  
 inviolabiliter observari, sicque in pra-

missis per quoscumque Judices ordi-  
 narios, et delegatos, etiam causarum Pa-  
 latii Apostolici Auditores judicari, et  
 definiri debere, ac irritum, et inane,  
 si secus super his a quocumque, qua-  
 vis auctoritate, scienter, vel ignoranter  
 contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus Constitutioni-  
 bus, et Ordinationibus Apostolicis, ac  
 dicti Ordinis, nec non Conventuum præ-  
 dictorum, etiam juramento, confirma-  
 tione Apostolica, vel quavis firmitate  
 alia roboratis statutis, et consuetudinibus;  
 privilegiis quoque indultis, et li-  
 teris Apostolicis, superioribus, et perso-  
 nis sub quibuscumque tenoribus, et for-  
 mis, ac cum quibusvis etiam derogato-  
 riarum derogatoriis, aliisque effica-  
 cioribus, efficacissimis, ac insolitis clau-  
 sulis, irritantibusque, et aliis decretis  
 in genere, vel in specie, ac aliis in  
 contrarium quomodolibet concessis, ap-  
 probatis, et inopatis. Quibus omnibus,  
 et singulis illorum tenores praesentibus  
 pro plene, et sufficienter expressis, ac  
 de verbo ad verbum insertis habentes,  
 illis alias in suo robore permansuris ad  
 praemissorum effectum, hac vice dum-  
 taxat, specialiter, et expresse derogamus,  
 cæterisque contrariis quibuscum-  
 que. Datum Romæ apud Sanctam Ma-  
 riam Majorem sub Annulo Piscatoris  
 die 11. Augusti MDCCLXIII. Pontifica-  
 tus Nostri Anno sexto.

Derogatio  
 contrariorum.

Pontifex supra  
 relatam decre-  
 tum, Apostolica  
 auctoritate  
 confirmat, et  
 observari man-  
 dat.

Clausula su-  
 blata, et de-  
 cretum irri-  
 tans.





Dat. die 4. Augusti 1763. Anno VI.

CCCLXIV.

Cum Elisabetha Hispaniarum Regina Vidua gratulatur, quod a Carolo Catholico Rege filio suo, revocatæ fuerint binæ Pragmaticæ, Pontificiæ auctoritati infensæ, contra quas Apostolicam jam Pontifex vocem extollerat.

*Officia a Pontifice hoc præstita, ut Pragmaticarum de quibus hic sermo est revocationem obtineret, habes in Epistolis a nobis relatis hoc Tom. II. sub num. CCCXXXI. CCCXXXII. CCCXXXIII. pag. 330 ad 332.*

Carissimæ in Christo Filix Nostræ  
Elisabethæ Hispaniarum Reginx  
Catholicæ Viduæ

Clemens Papa XIII.

Carissima in Christo filia Nostra salutem,  
et Apostolicam benedictionem

§. 1. **D**ecretum a carissimo in Christo Filio Nostro Carolo Hispaniarum Rege Catholico die quinta Julii proxime elapsi editum, incredibile dictu est, quanto, non modo Nos, sed devotos etiam omnes Apostolicæ Sedi compleverit gaudio; nec verbis satis assequi possumus piissimi Regis, inclyti Tuæ Majestatis Filii religionem, præclaramque in Beatissimum Apostolum Petrum devotionem quantopere boni omnes collaudent. Quod autem scribit Majestas Tua, nullum Tuis fuisse in hac re locum officiis, quibus apud eundem Regem amantissimum Tui Filium uterere, eumque solo suæ pietatis impulsu amotis ante illis Pragmaticis, quam Nostræ ad Majestatem Tuam litteræ perferrentur, omnia Tua studia anteveruisse; nec aliquin ejus religioni opus esse cohortationem adhibere ullam, Nos magnam inde Tibi, carissima in Christo Filia Nostra, oriri laudem existimamus, quæ usque a pueritia illius animo non monitis modo, sed etiam exemplo ipsius Tuo, præclariores virtutes Tuas, ac præsertim summam erga Deum pietatem inseveris. Reliquum est, ut assidua omnipotentem Deum oremus prece, qui misericordiam suam super Regiam Majestatem Tuam, itidemque super inclytum Regem piissimum Filium Tuum multiplicet, illum impugnantem expugnet; Tibi, carissima in Christo Filia Nostra, intercedente Bño Apostolo Petro, ob Tuam in eum devotissimam vo-

luntatem dies superdies adjiciat Nos omnium officiorum Tuorum nunquam immemores, Regiæ Majestati Tuæ, quam gerimus in visceribus charitatis, paterno Nostri cordis affectu, Apostolicam benedictionem impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die iv. Augusti MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno sexto.

CCCLXV.

Dat. die 6. Augusti 1763. Anno VI.

Plenipotencia favore Sedis Apostolicæ Nuncii apud Franciscum Romanorum Regem, et in Imperatorem electum, promendis nonnullis bonis liberis a prælaudato Francisco possessis in Ecclesiastica ditione, ad comodum Reverendæ Cameræ Apostolicæ.

Venerabili Fratri Vitaliano Archiepiscopo Thebarum apud carissimum in Christo filium Nostrum Franciscum Romanorum Regem, in Imperatorem electum, Nostro, et Apostolicæ Sedis Nunçio.

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam benedictionem

§. 1. **P**ostulat Nostri muneris ratio, ut quæ ad ditionem Nosram Ecclesiasticam amplificandam, atque tuendam pertinere videntur, quantum in Nobis est, sollicitè exequamur. Itaque cum accepimus, carissimum in Christo filium Nostrum Franciscum Romanorum Regem, in Imperatorem electum, Ducem Lotharingiæ et Barri, ac magnum Ducem Hætruriæ sibi subjectæ, vendere, et alienare statuisse omnia bona sive libera, et vulgo ut dicitur Allodialia, sive etiam Feudalia, et Jurisdictionalia cujusvis generis, atque speciei, quæ tamquam ejusdem Hætruriæ Magnus Dux, atque uti hæres claræ memoriæ Annæ Mariæ Abyssicæ Principissæ dum vixit Hætruriæ, ac Neoburgi Ducissæ Viduæ habet, et possidet in Ducato Nostro Urbinatensi, atque in Provincia Romandioliæ, et exarcatu Nostri Ravennatensi, nec non in quibusvis aliis Nostræ, et Sedis Apostolicæ temporalis ditionis partibus (exceptis dumtaxat, quæ posita sunt in Alma Urbe Nostra) et velle simul in ea venditione comprehendere omnes census, et canones,

*Describuntur bona Allodialia in Ecclesiastica Ditione existentia; quæ venum exponere cupiebat Franciscus Romanorum Rex Imperator Electus.*

pensiones, responiones cujuscumque pariter generis, mobilia, immobilia, et semoventia, jura, actiones, et credita cum annexis, et connexis omnibus ad eundem, Franciscum Regem in Imperatorem electum, nominibus, quibus supra quavis de causa spectantia, et pertinentia, pro pretio quingentorum quinquaginta millium scutorum monetæ Romanæ.

Copius Pontifex bona eadem pro Apostolica Camera coemere, ea de re plenipotentiam concedit Apostolice Nunciis penes prælaudatum Franciscum Imperatorem electum.

§. 2. Nos quidem optantes hujusmodi bona, et jura omnia pro Camera Nostra Apostolica pretio prædicto emere, et acquirere, nulli sane melius negotium hujusmodi pertractandum, et absolvendum committere posse censuimus quam Fraternitati tuæ, cujus studium, diligentiam, dexteritatem, et fidem, in cæteris rebus pro hac Apostolica Sancta Sede gestis, jam pænitus novimus, et perspectam habuimus. Hac ergo spe, et fiducia confisi, te in Nostrum, et Sedis Apostolicæ prædictæ Plenipotentiarium tenore præsentium nominamus, constituimus, atque deligimus, tibi que, ut Nostro, dictæque Sedis nomine, cum alia persona ab eodem Francisco Rege in Imperatorem electo, tanquam Magno Hetruriæ Duce, et hærede, ut præfertur, Principissæ Annæ Mariæ Aloysiæ nominanda, et pari ad hoc auctoritate munita, emptorem omnium prædictorum bonorum, juriumque pretio prædicto contrahere, et pacta, conditiones, ac leges secundum instructionem, quæ per secretariam Nostram Status ad te transmittetur conjunctim subscribere, tuoque et illius signis munire libere, et licite possis, et valeas, plenam, et amplam facultatem harum serie concedimus, et impertimur. Decernentes, validum, et efficax fore quidquid earumdem præsentium vigore tu subscripseris, et signaveris, atque id omne acceptum, et gratum, firmumque, ac ratum habere, nec non observare, et exequi in verbo Romani Pontificis promittentes. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die vi Augusti MDCCLXIII, Pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXVI.

Dat. die 8. Augusti 1765. Anno VI.

Prævia confirmatione Constitutionum Leonis X. et Clementis VII super alternativa collatione Beneficiorum inter Sanctam Sedem, et Ordinarios Regni Poloniæ, eandem alternativam observari perpetuo mandat.

*De hac eadem alternativa agunt Pontificiæ Epistolæ quas dedimus hoc Tom. II. sub num. CCCI, et CCCII pag. 295, et 296, quæ consulendæ sunt, una cum adnotatione ibidem apposta.*

Clemens Episcopus

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Ecclesiastici ordinis ornamento et utilitati consulens Apostolica Romana Sedes, dum Beneficia iis, qui morum integritate, et meritorum laude perfulgent, provida circumspectione conferre satagit, omnem simul adhibet curam, ut personæ ad ea delectæ, divinis ministeriis, sacrarumque litterarum studiis, absque ulla animi perturbatione, vacare possint. Idcoque magno opere exoptat, quod juxta Romanorum Pontificum concessionem, inter ipsam, et Ecclesiarum Præsules super conferendi jure statuti sint indubii limites, intra quos Præsules ipsi in hujusmodi juris exercitio sese continere valeant. Quo sane consilio, Nos etiam nullis Nostris suffragantibus meritis, sed sola divina favente clementia, in Beati Petri Cathedra sedentes, omnem curam sollicitudinemque Nostram in id quoque conferimus, ut quæ a prædecessoribus Nostris indulgenter statuta sunt, suum sortiantur effectum, et Præsulum, nec non Ecclesiarum juribus circa hæc definitis, remota quoad eorum usum, quavis quæstionum causa, pax, et tranquillitas inter Ecclesiasticas personas foveatur, et inviolata servetur.

Romani Pontifices id sedulo curant, ut quoad Beneficiorum collationem serventur indulta, limites statuenda inter Sanctam Sedem, et Ecclesiarum Præsules.

§. 2. Cum itaque Nobis nuper authentica litterarum Apostolicarum, tum Leonis X. sub datum Kalendis Julii, Pontificatus sui anno septimo, tum aliarum Clementis Septimi Romanorum Pontificum prædecessorum Nostrorum, sub datum Kalendis Decembris Pontificatus sui anno tertio exhibita, atque ab Archivio Nostro secreto extracta fuerint, et ex eis, signanter illis dicti Clementis prædecessoris, Archiepiscopis, et Epis-

Ex concessione Leonis X. et Clementis VII alternativa semestralis inducta fuit pro Poloniæ Regno.

copis in Poloniae Regno alternativam perpetuam, super jure conferendi omnia et singula Beneficia Ecclesiastica, quae in eorum respective Civitatibus, et Diocesis, etiamsi Canonicatus et praebendae, Dignitates etiam majores post Pontificales, et principales, personatus, administrationes, et officia etiam curata, et electiva in Cathedralibus etiam, Metropolitanis, vel Collegiatis Ecclesiis, et ex quavis causa, etiam ratione familiaritatis, continuæ commensalitatibus Romani Pontificis, ac etiam alicujus Cardinalis viventis, cujus consensus exquiri deberet, generaliter reservata forent, in Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris, et Decembris Mensibus in posterum vacare contigisset, concessam fuisse depræhendatur. Ipsarumque vigore, Beneficiorum in aliis sex alternis, nempe Januarii, Martii, Maj, Julii, Septembris, et Novembris Mensibus pro tempore vacantium collatio, omnimodaque dispositio, Romano Pontifici pro tempore existenti reservata fuerit.

Preces Pontifici porrecte circa praedicti juris alternativae conferendi observantiam.

§. 3. Ea de re a Venerabili Fratre Nostro Uladislao Lubienki moderno Archiepiscopo Gnesnensi, nomine etiam Venerabilium Fratrum Nostrorum Archiepiscoporum, et Episcoporum in eodem Regno existentium, Nobis fuit supplicatum, ut gravibus tandem diuturnisque controversiis, circa eorum jus in primodictis alternis Mensibus conferendi, dirimere, ipsarumque Leonis et Clementis litterarum super alternativa hujusmodi concessarum observantiam praecipere dignaremur. Insuper circa praemissa, charissimus etiam in Christo filius Noster Augustus Poloniae Rex Illustris, per Venerabilem Fratrem Nostrum Joannem Franciscum Episcopum Sabinensem S. R. E. Cardinalem Albani nuncupatum, apud Nos, et Apostolicam Sedem ipsius Regni Protectorem, preces quoque suas effudit.

Pontifex praecedentem conferendi alternativam, prout in praedictis Constitutionibus indulta fuit, confirmat, et approbat.

§. 4. Nos igitur, dum animum, mentemque ad ipsas praedecessorum Nostrorum dispositiones componere studemus, perpendentes, easdem litteras, justis de causis, precibus Sigismundi tunc Poloniae Regis, praesertim ob praetara illius in Catholicam Religionem, Romanamque Apostolicam Sedem merita, fuisse elargitas; ut controversiae hactenus habitae eliminentur, omnesque divinis obsequiis, Ecclesiarumque servitii mancipati, de Ecclesiasticis proventibus participes facti, libera et integra animi intentione sacris officiis et ministeriis vacare possint: intuitu

dicti Augusti Regis Religionis, atque filialis erga Nos, et Apostolicam Sedem observantiae, nec non ob insignem eorumdem Archiepiscoporum, et Episcoporum pietatem, eorumque merita, qui dum Regi ipsi prosunt consiliis, propria etiam pastoralia munia quam laudabiliter adimplere satagunt; hujusmodi supplicationibus inclinati, ac motu quoque proprio, et ex certa scientia, deque Apostolicae potestatis plenitudine, harum serie, expresse praecipimus et mandamus, praemissas Leonis et Clementis litteras, quibus Archiepiscopis et Episcopis in dicto Regno jus conferendi Beneficia in primodictis sex alternis Mensibus vacantia, ut praefertur, tribuitur, perpetuo et inviolabiliter servandas esse: quapropter ipsi moderni et futuri pro tempore existentes Archiepiscopi et Episcopi in eodem Regno, facultate omnia et singula Beneficia in dicto Regno in Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris, et Decembris Mensibus praefatis pro tempore vacantia, etiamsi Canonicatus, et Praebendae, Dignitates majores quoque post Pontificales, et principales, ac ex quavis causa ut praefertur reservata fuerint, prout in iisdem litteris exprimuntur, personis Ecclesiasticis habilibus et idoneis, infra tempus a jure statutum conferendi, ipsis per Leonem, et Clementem praedecessores praefatos concessa, perpetuis futuris temporibus gaudere debeant: eandem quoque facultatem aliis inferioribus collatoribus, et Ecclesiasticis Patronis, ad quos collatio et provisio, seu nominatio vel presentatio personarum idonearum ad quævis Ecclesiastica Beneficia alias spectat et pertinet, concedimus et tribuimus: e converso vero omnia et singula Beneficia praefata in Januarii, Martii, Julii, Septembris, et Novembris mensibus pro tempore vacantia in dicto Regno, Nostrae, et successorum Nostrorum Romanorum Pontificum, ac Sedis Apostolicae collationi, omnimodaque dispositioni, earumdem tenore praesentium, etiam perpetuis futuris temporibus, generaliter reservata esse et fore declaramus.

§. 5. Praesentes autem litteras, et in eis contenta, ex quibusvis causis vel praetextibus, de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel quovis alio defectu notari, impugnari vel quomodolibet retractari, suspendi, restringi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus unquam posse, easque omnino sub quibusvis contrariis Constitutionibus, revo-

Clausula subblata, et decretum irritans.

cationibus, suspensionibus, derogationibus, decretis vel declarationibus generalibus, et specialibus pro tempore faciendis, minime comprehendendi, sed ab illis semper exceptas, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restitutas, ac de novo concessas, semperque, et perpetuo validas, firmas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum, perpetuo et inviolabiliter observari, præfatisque modernis Archiepiscopis, et Episcopis, nec non inferioribus Collatoribus, Capitulis, et Canonicis, Collegiis, Universitatibus, aliisque, quorum favorem eadem præsentibus quomodolibet concernunt, perpetuis futuris temporibus plenissime, suffragari: e converso vero eosdem Archiepiscopos, ac inferiores Collatores, Capitula, et Canonicos, Collegia, Universitates, aliosque præfatos, absque ampliatione, vel declaratione aliqua, ad eandem præsentium observantiam teneri, et obligatos existere; sicque in præmissis ab omnibus censi, et ita per quoscumque Judices ordinarios vel delegatos, quavis auctoritate, et potestate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, dictæque Sedis Nuncios, sublata eis et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his, ac etiam adversus reservationes Nobis, et successoribus Nostri, ut præfertur competentes hujusmodi, a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter quomodo contigerit attentari, harum quoque serie decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus Nostra, et Cancellariæ Apostolicæ, super reservatione mensium Apostolicorum per Nos edita, et per successores Nostros præfatos in crastinum eorum respectivæ assumptionis pro tempore edenda simili regula, nec non quorumvis prædecessorum Nostrorum, ac etiam in Synodalibus, Provincialibus, et Universalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non Ecclesiarum in dicto Regno, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis respectivæ statutis et consuetudinibus: privilegiis, quoque Indultis, et literis Apostolicis dictis Ecclesiis, earumque Præsulibus, ac Capitulis, et Canonicis, Collegiis, Universitatibus ac Personis qui-

Bull. Rom. Tom. II.

buscumque, in genere, vel in specie per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores Nostros, et dictam Sedem, vel alios quoscumque et quacumque dignitate, vel auctoritate fulgentes, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus et insolitis clausulis, nec non irritantibus, et aliis decretis in genere vel in specie concessis, confirmatis, et innovatis: quibus omnibus et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus, specialibus, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permauris, ad effectum validitatis, et perpetuæ firmitatis, ac executionis præmissorum omnium, et singulorum, hac vice dumtaxat, harum serie specialiter, et expresse derogamus, contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, quod earumdem præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, aut sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in iudicio et extra illud habeatur, quæ iisdem præsentibus haberetur, si exhibitæ forent vel ostensæ.

Transumptorum fides.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostri præcepti, mandati, concessionis, declarationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo septingentesimo sexagesimo tertio, sexto idus Augusti, Pontificatus Nostri Anno sexto.

Sancio poenalis.



Dat. die 16. Augusti 1763 Anno VI.

CCCLXVII.

Quomodo procedendum sit ab Ordinariis in confirmando, vel denegando Religioso cultu iis quibus fuit aliquando ab universali consensione populorum præstitum, Syracusano Episcopo designat, nec non casus in quibus Romanæ Sedis iudicium est requirendum.

Venerabili Fratri Josepho Antonio Episcopo Syracusano.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

Causæ enumeratur, quarum intuitu Syracusanus populus Religiosum cultum præstitit B. Friderico Campisano

§. 1. **E**fflagitari scribis ab Optimatibus Cleri, et populi Syracusani restitutionem cultus jam pridem exhibiti Friderico Campisano, qui isthic jam inde ab anno millesimo trecentesimo vigesimo quinto, cum mortalitatem explevit, ab omnibus Beati nomine appellatus, et in Beatorum numero est habitus. Quod universi Syracusani populi iudicium plura, quæ in epistola tua congeris, probare videntur non levia argumenta. Campanas enim narras, sua sponte edito sonitu, Urbem omnem de ejus obitu monuisse; quo miraculo excitatum Episcopum, cum universo populo illuc propere profectum, ubi Fridericus extremum diem obierat, sacrum corpus veneratum esse, et Syracusas solemni pompa translatum in Arca marmorea, prope portam Majoris Templi collocasse: supra sepulchrum appositam ipsius Friderici Imaginem, faculas accensas, et hinc, et hinc votivas tabellas circumjectas; esse qui in suis scriptis post duo sæcula illi nomen Divi tribuerit, et adhuc ætate sua hunc cultum viguisse duo testari e Societate Jesu scriptores: baculum ejusdem Friderici cum cæteris Sanctorum reliquiis in Sacrario Syracusani Collegii Societatis Jesu asservari, et in quadam tabula, quæ in veteri Syracusarum extra mœnia Majori Templo divi Joannis asservabatur, inter alia Sanctorum omnium Syracusanorum nomina, etiam B. Friderici nomen esse repertum.

Quum vero tractu temporis cultum alius præstitum, vel obsoleverit, vel intermissum fuerit, Ordinatio de hisce inquisitione spectat

§. 2. Cultum vero non interdictum, aut vetitum, sed aut vetustate obsolevisse, aut esse intermissum, quod Friderici corpus satis inconsulte cum aliis corporibus mixtum, per occasionem Ecclesiæ instaurandæ, in Beatæ Virginis

Sacellum translatum fuerit. De his vero omnibus, et si quæ sint alia, quæ diligenter in Epistola tua persequutus es, ordinaria auctoritate juridicas probationes in acta publica redigat Fraternitas tua, processumque constituat. Eo conjicias oportet legitimam; et judiciale Imaginis Friderici recognitionem; vetustatem etiam Inscriptionum rite examinandam; præterea testium ætate seniorum dicta juridice sumta; tum Auctorum, qui de Friderico memoriæ prodiderunt, omnia; quæ in literis tuis profers, testimonia: et si quidem ex his actis colligas, cultum Friderico fuisse exhibitum centum annis ante decreta prædecessoris Nostri felicitis recordationis Urbani VIII, tum poteris illi cultum restituere.

juxta decretum Urbani VIII.

§. 3. In quo examine omnis adhibenda est diligentia, ne alterutrum contingat, vel ut Beato cultus aboleatur, quem juxta decreta memorati prædecessoris Nostri Urbani sublatum non oporteret; vel cultus retineatur, qui fortasse tollendus esset, quod non haberet vetustatem centum annorum a die, quo illa decreta sunt edita, retro computandorum. Quia vero, qui sapiens est, audit consilia; rem omnem antequam quidquam decernas, cum Theologis, virisque harum rerum intelligentibus communicabis. Quidquid autem egeris, id ordinaria tua facias auctoritate. Cum enim agitur de conservando cultu erga Dei Servos, quem obtinuerint, vel ex Apostolicis indultis, vel ab immemorabili tempore, Ordinariorum solum est onus examinare, sint ne vere in aliquo ex casibus a memorato prædecessore Nostro Urbano exceptis; et si viderint, cultum eis exhiberi, et casum esse inter exceptis, cultum abolere non debent; atque etiam servatis servandis, præsertim vero forma a Concilio Tridentino præscripta Sess. xxv. de Invocatione, Veneratione, et Reliquiis Sanctorum, poterunt ferre sententiam, quæ in his casibus Apostolica confirmatione non indiget. Cæterum Apostolicæ auctoritati Nostræ tantummodo tunc esset in hac re locus, cum causæ de casu excepto afferendæ ad Apostolicam Sedem, consueta via iniretur, et ratio: tibi que, Venerabilis Frater, benevolentia erga te Nostræ pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impartimur: Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xvi. Augusti MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

In qua sane inquisitione diligentia omnis servanda est, et præscriptum a Tridentina Synodo sess. 25.

Dat. die 24  
Augusti 1763,  
Anno VI.

CCCLXVIII.

Polouix Regi Illustri omni studio commendat, ne sinat Jesuitas e Lotharingæ Ducatu eijci, sed imo illorum curet conservationi pro Religionis bono, officiaque sua adhibeat penes Christianissimum Francorum Regem.

Carissimo in Christo Filio Nostro  
Stanislao Poloniæ Regi Illustri

Clemens PP. XII.

Carissimo in Christo fili Noster salutem,  
et Apostolicam benedictionem

De Gallianæ  
Ecclesiæ per-  
turbatione  
conqueritur  
cum Poloniæ  
Rege, deque  
inutiliter ten-  
tatis remediis  
ad tot mala  
avertenda.

§. 1. In hac tanta Gallicanæ Ecclesiæ perturbatione, quantam non videmur a multo tempore meminisse, unde potissimum orta, quod excussa Apostolicæ Sedis, et Ecclesiæ universæ auctoritate, eo res paulatim deducta est, ut haud ita pauci pro lubitu quisque suo novas efferant opiniones; quæ non modo Catholicæ Fidei sunt adversæ, sed quæ Christianam etiam Religionem funditus evertunt, Apostolici muneris Nostri postulat ratio, ut quoniam inania omnia experimur remedia, quibus tanto malo mceri in florentissimo Regno conati sumus, cō cogitationes Nostras convertamus, ut ille Christiani Gregis partes serventur incolumes, quo circumcuntibus lupis nondum apertus est aditus.

Gratulatur  
quod Lotha-  
ringia, præci-  
pua quadam  
custodia divi-  
nitas septa  
quodammodo  
sa, adeoque  
obscurat ne ab  
ipsa pelli per-  
mittatur Jesui-  
tas, qui tanto  
studio Religio-  
ni incumbant.

§. 2. Lotharingiam tuam, carissime in Christo Fili Noster, manifesto inde apparet præcipua quadam custodia Deum ad hanc usque diem sepsisse, quod eam adhuc recentiorum errorum labes, et macula non infecerit: verum, si etiam isthinc pellantur qui doctrina, et exemplo, Pastoribus in custodiendo Grege, suam operam navant, profecto verendum est, ne eadem peste qua circa vos laboratur, ista etiam aliquando pars Gregis Domini corripatur. Quamobrem a Majestate tua regiam opem illi petimus, et præsidium. Quantum utilitatis Ecclesiæ universæ ex Clericis Regularibus Societatis Jesu provenit, Regia Majestas tua non ignorat. Neque itidem nescius es, fere omnes Gallicani Episcopi quantopere doleant, quod ex eorum Diœcesibus illi Religiosi fuerint avulsi. Ut igitur ab ista Provincia, quam unice videris diligere, quam tuarum virtutum odore conspersam fecisti beatam, et florentissimam, eadem que illi laminet fortasse calamitas, avertatur, te carissime in Chri-

Bull. Rom. Tom. II.

sto Fili Noster, obsecramus in Domino, et obtestamur, ut facias, quod fecisse legimus Josue, qui cum longævus esset, et persenilis ætatis, vocavit omnem Israel, majoresque natu, et Principes, ac Duces, et Magistros, dixitque ad eos: ego senui, et progressioris ætatis sum; vosque cernitis omnia, quæ fecerit Dominus Deus vester cunctis per circuitum Nationibus. Confortamini, et estote solliciti, ut custodiatis omnia, quæ scripta sunt in volumine legis Moysi. Quod si volueritis gentium harum, quæ inter vos habitant erroribus adhærere, jam nunc scitote, quod erunt vobis in foveam ac laqueum = Ad eundem modum Regia Majestas tua, Nobilissimos quosque, qui te circumsident, et Magistratus potissimum adhortetur ad defendendam Religionem, et Catholicam Fidem, Religiososque viros retinendos, tuendosque, qui tam strenue pro illius incolumitate, nullis parcentes laboribus, nullis deterriti periculis, propugnant. Id ex omnibus tuis in Catholicæ Religionis utilitatem egregiæ factis erit pulcherrimum.

§. 3. Est etiam Regiæ tuæ dignitatis providere, quæ ipse, et prædecessor tui fecistis, ne ad nihilum redigantur, neve quæ ad salutem rei Catholicæ sapienter consilia cœpistis (quod Deus prohibeat) confringantur. Ex quo enim Regiæ Majestati tuæ Lotharingia tradita est, tanta usus es in eam beneficentia, ut liberalitate tua, tuisque beneficiis provincia illa nunc tota colluceat, iis præsertim, quæ non tam pro animi tui magnitudine, quam singulari erga Deum pietate, et flagrantissimo Religionis studio in rem Catholicam contulisti. Nam non modo superiorum beneficia Dominorum, qui pietatis egregiæque in Catholicam Ecclesiam voluntatis laude florentes provinciam illam tenere, tua pecunia, tuisque opibus auxisti, sed ad nova quædam commoda Ecclesiæ ex integro paranda, Regiam liberalitatem tuam admovisti. Non minor igitur providentiæ, quam liberalitati tuæ debebitur laus si quæ Lotharingæ Regia Majestatis tuæ benignitate peperit bona, prospiciens, in posterum ea sic tueare, ut ab hominum molitionibus, qui suæ magis factioni student, quam quod sanctæ favent Ecclesiæ, in tuto posita esse videantur.

Poloniæ Re-  
gem laudat pro  
eximia benefi-  
centia, qua  
semper Lotha-  
ringiam est cu-  
mulatus.

§. 4. Tendere ad te supplices manus suas, carissime in Christo fili Noster, prope oculis cernimus domum Missionum Societatis Jesu alumnis concredita, et opibus

Commendat  
summo opere  
Domum Mis-  
sionum Socie-  
tatis Jesu alum-  
nis concredi-  
tam, et opibus

D d d z



Polonia Regis  
fundatam, nec  
non Mussipon-  
tana Academi-  
am.

fundasti, multum sibi metuentem, et trepidam, ne cum mortalitatem expleveris, in orbitate sua, te prope parente suo extincto mœrens jaceat, ad omnem projecta injuriam, et Mussipontana etiam Academia, Regiam tuam implorare. Nobis videtur opem, et fidem, ne cum ad hanc usque diem tum Lutheranos, et Calvinianos, tum quos Bajus, Janse-  
nius, et Quenellius novissime in Ecclesia extulerunt errores, universæ Lotharingiæ defenderit, in manus eorum fortasse incidat, qui a suspitione ejusmodi recentium errorum non sunt remotissimi. Rationem vero, qua iis, quæ a Majestate tua, tuisque prædecessoribus fundata fuerunt, et constituta, stabilitatis addantur præsidia: tibi prudentissime, et maximarum rerum usu expertissimo Principi, non est Nostrum suggerere, neque iidem præclaræ pietati tuæ, et religiosissimo divini honoris studio cohortationis Nostræ acriores stimulos admovere. Tu enim, carissime in Christo fili Noster, si quisquam alius senex, tuis moribus, tua virtute, omni-  
que excelsi, et generosi animi tui indole veritatem illius, quod agebat sapiens, confirmas = Corona senum multa peritia, et gloria illorum timor Dei =

Hortatur ut  
Christianissi-  
mum Franco-  
rum Regem,  
ejusque Fami-  
liam ad pro-  
tuentiam Ca-  
tholicam Reli-  
gionem sua-  
deat, atque  
confirmet.

§. 5. Illud autem prætermittere nullo modo possumus, si quando carissimum in Christo filium Nostrum convenias Ludovicum Galliarum Regem Christianissimum generum tuum, in societatem confirmandi ea, quæ supra memoravimus, illum adsciscas, et cum eo tantam laudem atque præclaram communices. Non multum tibi laborandum existimamus; res enim tibi crit cum Catholicæ Religionis tenacissimo Rege, eodemque justo amantissimo, qui nunquam patietur, pias foundationes, ad æternam animarum salutem constitutas, everti. Optimum præterea factu arbitratur, Majestatem tuam sibi adjutores, et apud eundem Christianissimum Regem precatore adhibere carissimam in Christo filiam Nostram Mariam Galliarum Reginam filiam tuam secundum carnem, et dilectissimum in Christo filium iidem nostrum Ludovicum Delphinum Nepotem tuum, quorum precibus Christianissimus Rex si temporum iniquitate impedimenta sibi offeri videat, factus alacrior, fieri non potest, quin omnia sit summoturus, quæ suæ obstiterint voluntati. Interea impensissimis precibus Majestati tuæ prosperrimam valetudinem, et longævam implorabimus a Deo senectutem, annorumque numerum ætati Josue parem, ut quam

diutissime piissimo cæteroquin Nepoti tuo, et suavissimis Pronepotibus vivum in terris optimi Principis exemplar exhibeas, quo semper respiciant, et ad Regias virtutes tuas, se, suosque mores conforment. Denique Majestati tuæ, et Christianissimo Regi genero tuo, Filiaque tuæ Galliarum Reginæ, non tam Regali splendore, quam pietatis, et Religionis laude illustri, tum Regio Nepoti, ob insignes magnasque virtutes, ac præsertim ob ejus amorem in Catholicam fidem, purissimosque mores Deo, hominibusque carissimo, ejusque Regiæ conjugii, Nepotibusque tuis, et dulcissimis pronepotibus, intimo Nostri paterni cordis affectu Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxiv. Augusti MDCCLXIII. Pontificatus Nostri Anno sexto.

## CCCLXIX.

Dat. die 30. Au-  
gusti 1765. An-  
no VI.

Episcopo Placentino facultates impertitur permittendi in sua Diœcesi artium exercitationes, et opera servilia, audita tamen Missa, in festis diebus, aliquibus tamen solemnioribus exceptis.

*Quoad alias Diœceses per diversa Catholica Regna, festorum dierum, educationem indulxit Pontifex hic, peculiaribus in id datis Apostolicis literis, nempe pro Diœcesibus Mirandensi, Angriensi, Malacitana, et Abbadia Compluti Regii, quas retulimus supra in hujus Continuationis Tom. I. sub Num. XXXI. pag. 85. Itemque pro Monasteriis, S. Juliani de Samos Provinciæ Compostellanæ, et alterius de Sahagun ejusdem Provinciæ, relatas pariter eod. Tom. I. sub Num. CXLVII. pag. 333, et 334.*

Venerabili Fratri Episcopo Placentino  
Provinciæ Bononiensis

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam benedictionem

§. 1. Cum sicut quædam sunt, ut inquit S. Leo Magnus prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quæ aut pro con-

Romani Pontifices nunquam temperare neglexerunt ea, quæ nec præceptis Evange-

licit, neque  
Sanctorum Pa-  
trum decretis  
adversantur.

ditione ætatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper consideratione servata, ut in his, quæ vel dubia fuerint, aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis Evangelicis contrarium, nec decretis Sanctorum Patrum inveniatur adversum: ea propter hæc Sancta Sedes, pro paterna ergi universos Christifideles benignitate, quod integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in his auctoritatem interponere, quæ cæteroque ad majus Divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem ad otium, luxuriamque convertantur, aut ob rem ad vitam traducendam necessariarum inopiam non sine conscientie angore contemnantur.

Preces portet  
pro redu-  
ctione festum  
dierum ex po-  
puli calamitate  
insinuatæ.

§. 2. Cum itaque sicut Nobis nuper exposui fecisti, tu quotidie experientia nimis edocearis, ut crebriorem operum servilium Republicæ proficuum cessationem, non tam Coelitus coli, aut Deum reddi propitium, quam emolliiri mores, nutrirî otium, et quæ inde promanant, vitia adaugeri, ac proinde id a Nobis studiosissime efflagitaveris, ut hominum istius Civitatis, et Diœcesis Placentinæ, Provinciæ Bononiensis, tuæ curæ commissorum calamitatibus sublevandis, qui in sudore vultus sui panem comedunt, Sanctorumque dierum cultui, et religioni amplificandæ eorundem festorum dierum numerum imminuere dignaremur.

Pontifex præci-  
bus annuit, so-  
lemniorsque  
designat festos  
dies religiose  
servandos, fir-  
mo in festivitatis  
suppressionibus  
osere audiendi Missam.

§. 3. Nos igitur piis votis tuis, hac in re quantum cum Domino possumus obsecuti, festorum dierum grandiore numerum admodum revocandum existimavimus. Fraternitati itaque tuæ per presentes committimus, et mandamus, ut in Civitate, et Diœcesi Placentina Provinciæ Bononiensis, hanc de festis diebus legem auctoritate Nostra Apostolica edicas, nempe Paschatis Resurrectionis, et immediate duobus sequentibus, ac Pentecostes, aliisque per annum Dominicis, nec non Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Circumcisionis, Epiphaniæ, Ascensionis, Corporis Christi, ac Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ, Sanctorum Petri, et Pauli Apostolorum, ac omnium Sanctorum, ac Sancti Josephi, et Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ festivis diebus, ac festo die cujusvis præcipui Civitatis, et cujuslibet loci Diœcesis prædictæ Patrii, pro veteri Ecclesiæ Catholicæ instituto sacris non solum astare Christi-

fideles ejusdem Civitatis, et Diœcesis teneantur, sed a servilibus operibus se abstinere debeant; in reliquis vero festis, sive Synodales Diœcesis hujusmodi constitutiones, sive per hanc Sanctam Sedem præceptis, sive quacunque alia de causa, etiam ex causa Voti per Christifideles ejusdem Civitatis, et Diœcesis, eorumque majores facti, quod hanc partem etiam, auctoritate Apostolica per te commutari volumus, præscriptis, audita tamen Missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus, sine ullo conscientie scrupulo vacare possint.

§. 4. Fraternitatem tuam in Domino hortamur, ut populos tuæ curæ demandatos, quam sæpissime edoceas, ac edocere cures, quæ ad justam; legitimamque dierum festorum celebrationem pro temporum varietate pertinere videbuntur, qua Spiritus alacritate, qua mentis contentione, qua cordis humilitate astare oporteat Sanctissimo Altaris Sacrificio, in quo Christus Dominus tradit semetipsum pro nobis oblationem, et hostiam Deo in odorem suavitatis, quam frequentes divinis officiis, sacrisque concionibus, Christianæ Doctrinæ explicationibus, et explanationibus esse debeant, et quanti piaculi sit, eos temerare dies, quos ad sui Nominis gloriam amplificandam sibi Dominus consecravit; Ne autem per eos dies potissimum Christifidelium corda graventur in crapula, et ebrietate, ac cogitationibus sæcularibus, quam diligentissime curare debes, ut prophana quæque, ludicra, et minus religiosa, a publicis locis quam longissime amoveantur, etiam invocato, si opus fuerit, auxilio brachii Sæcularis. Quod sane non defuturum neutiquam dubitamus, memores semper Prophetici illius oraculi, quo solemnitates, quas vitiosa consuetudine homines deturpant, tanquam stercus a Deo projiciendas, et disperdendas esse declaratur.

Placentinam  
Episcopum  
hortatur, ut po-  
pulos edoceat,  
et edocere faciat  
in iis quæ  
ad Religiosi  
cultus exerciti-  
um spectant.

§. 5. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non Civitatis, et locorum Diœcesis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis et Consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis, superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac in-

Derogatio con-  
tratorum.

solitis clausulis, irritantibusque, et aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die trigesima Augusti Millesimo Septingentesimo Sexagesimo tertio, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Dat. die 30. Augusti 1763. Anno VI.

CCCLXX.

Episcopo Burgi Sancti Donnini easdem tribuit facultates, sub iisdem reservationibus, et præscriptionibus.

*Vide adnotationem appositam superiori numero.*

Venerabili Fratri Episcopo Burgi Sancti Donnini

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

In rebus, quæ nec præceptis Evangelii sunt contraria, nec decretis SS. Patrum Adversantur, consuevit Sancta Sedes temperate procedere.

§. 1. Cum sicut quædam sunt, ut inquit Sanctus Leo Magnus prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quæ aut pro conditione ætatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper consideratione servata, ut in iis, quæ dubia fuerint, aut obscura id noverimus sequendum, quod nec præceptis Evangelicis contrarium, nec decretis Sanctorum Patrum invenitur adversum: Ea propter hæc Sancta Sedes, pro paterna erga Universos Christifideles benignitate, quod integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quæ cæteroquin ad majus Divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem, ad otium, luxuriamque convertantur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessariorum inopiam non sine conscientie angore contemnuntur.

Preces portetæ pro redu-

§. 2. Cum itaque sicut Nobis nu-

pes exponi fecisti, tu quotidie experientia nimis edocearis, ob crebriorem operum servilium Reipublicæ proficuum cessationem, non tam Coelitos coli, aut Deum reddi propitium, quam emolliiri mores, nutrirî otium, et quæ inde promanant, vitia adangeri, ac proinde id a Nobis studiosissime efflagitaveris, ut hominum istius Civitatis, et Diocesis Placentinæ, Provinciæ Bononiensis, tuæ curæ commissorum, calamitatibus sublevandis, qui in sudore vultus sui panem comedunt, Sanctorumque dierum cultui, et religioni amplificandæ, eorumdem festorum dierum numerum imminuere dignaremur.

§. 3. Nos igitur piis votis tuis hac in re quantum cum Domino possumus obsecuti, festorum dierum grandio rem numerum admodum revocandum existimavimus. Fraternitati itaque tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut in Civitate, et Diocesi Burgi Sancti Donnini, hanc de festis diebus legem auctoritate Nostra Apostolica edicas, nempe Paschatis Resurrectionis, et immediate duobus sequentibus, ac Pentecostes, aliisque per annum Dominicis, nec non Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Circumcisionis, Epiphaniæ, Ascensionis, Corporis Christi, ac Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ, Sanctorum Petri, et Pauli Apostolorum, ac omnium Sanctorum, ac Sancti Josephi, et Nativitatis Sancti Joannis Baptistæ festis diebus, ac festo die cujusvis præcipui Civitatis, et cujuslibet loci Diocesis prædictæ Patroni, pro veteri Ecclesiæ Catholicæ instituto, sacris non solum astare Christifideles ejusdem Civitatis, et Diocesis teneantur, sed a servilibus operibus se abstinere debeant; In reliquis vero festis, sive per Synodales Diocesis hujusmodi Constitutiones, sive per hanc Sanctam Sedem præceptis, sive quacumque alia de causa, etiam ex causa Voti per Christifideles ejusdem Civitatis, et Diocesis, eorumque majores facti, quoad hanc partem etiam, auctoritate Apostolica per te commutari volumus, præscriptis, audita tamen Missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus sine ullo conscientie scrupulo vacare possint.

§. 4. Fraternitatem tuam in Domino hortamur, ut populos tuæ curæ demandos quam sæpissime edoceas, ac edocere cures, quæ ad justam, legitimamque dierum festorum celebrationem pro temporum varietate pertinere vide-

etione festivitatum in Civitate Burgi Sancti Donnini.

Pontifex designatis specialibus diebus, in quibus festivitatis præceptum servari vult, cæteris supprimit festivitates, sub onere tamen audiendi Missæ.

Episcopus hortatur ut sedulo populorum edoceat de necessitate venerandi dies festos, illosque sanctificandi.

buntur qua spiritus alacritate, qua mentis contentione, qua cordis humilitate astare oporteat Sanctissimo Altaris Sacrificio, in quo Christus Dominus tradit semetipsum pro nobis oblationem, et hostiam Deo in odorem suavitatis, quam frequentes Divinis Officiis, sacrisque Concionibus, Christianæ Doctrinæ explicationibus, et explanationibus esse debeant, et quanti piaculi sit, eos temerare dies, quos ad sui Nominis gloriam amplificandam sibi Dominus consecravit; ne autem per eos dies potissimum Christifideliam corda graventur in crapula, et ebrietate, ac cogitationibus sæcularibus, quam diligentissime curare debes, ut prophana quæque ludicra, et minus religiosa, a publicis locis, quam longissimè amoveantur, etiam invocato, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis. Quod sane non defuturum ne utiquam dubitamus, memores semper Prophetici illius oraculi, quo solemnitates, quas vitiosa consuetudine homines deturpant, tanquam stercus a Deo projiciendas, et disperdendas esse declaratur.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non Civitatis, et locorum Diœcesis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die trigesima Augusti Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Tertio, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

CCCLXXI.

Dat. die 30. Augusti 1763. Anno VI.

Statuitur, Regulares Ordines quibus facultas impertita est benedicendi solemniter populo, haud ipsa facultate uti posse nisi prius implorata venia, eaque in scriptis obtenta ab Ordinariis locorum.

*Constitutio qua generales traditæ fuere leges super solemnibus benedictione, nomine Pontificis, populo impertienda, relata habetur hoc Tom. II. sub Num. CCC. pag. 292.*

Clemens Episcopus

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

§. 1. **D**ecet Romanos Pontifices, assiduas super Dominicum gregem excubias, divino præcepto agentes, quæ ad fidelium pietatem fovendam, diversis ecclesiasticis Ordinibus, pro eorum in Ecclesiam meritis a se, vel a Romanis Pontificibus prædecessoribus suis indulta sunt, si aliqua exinde minus congrua, et eorum voluntati, ac menti consentanea exorta comperiantur, provida diligentia, ac prudenti circumspectione ita coercere, ac moderari, prout melius ad animarum salutem, et Catholicæ Ecclesiæ decorem, in Domino putant salubriter expedire.

Exordium

§. 2. Cum alias per nostras literas sub plumbo incipientes: *Inexhaustum*: datas tertio Nonas Novembris Pontificatus Nostri Anno Quinto, Venerabilibus Fratribus Nostri Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, et Episcopis, duabus anni solemnitatibus, nimirum Paschate Resurrectionis Domini, alioque festo solemnibus eorum arbitrio designando: Prælatibus vero inferioribus, usum Pontificalium, cum Territorio separato, et jurisdictione quasi Episcopali habentibus, semel in anno, in uno ex diebus, in quibus eorum singulis Pontificalium usus ab Apostolica Sede permittitur, nempe in præfato solemnibus die Paschatis Resurrectionis Dominicæ a Nobis præfinito, populo in Ecclesia congregato, Apostolica Summi Romani Pontificis pro tempore existentis auctoritate, illiusque nomine, facultatem solemniter benedicendi, cum elargitione plenariæ Indulgentiæ, juxta ritum, et formam tunc traditam, concessimus, in iisdem literis facultates simi-

Recensetur quod in superioris anni Brevis dispositum fuerat quoad Benedictionem Papalem.

les impertiendi Romani Pontificis nomine Apostolici benedictionem aliquibus Regularibus Ordinibus concessas præservavimus; districte tamen dilectis filiis eorumdem Ordinum Superioribus, et Professoribus, etiam speciali mentione dignis, facultate, et indulto hujusmodi gaudentibus, et qui in posterum gaudebunt, injunximus, ac præcepimus, ut quibus diebus Episcopi facultate hujusmodi uterentur, ab elargienda prædicta solemniter benedictione penitus abstinerent, prout in dictis literis plenius continetur.

Regularis Ordines nulla ab Episcopo implorata licentia facultate benedicendi populo, proprio arbitrio utebantur.

§. 3. Verum, cum ad Nos perlatum sit, ex quo in concessionibus illis Ordinibus factis minime fuit expresse præscriptum, Regulares personas ad impertiendam supra populum benedictionem a propriis Superioribus designatas, opportunam prius ab Archiepiscopo, vel Episcopo, aut Prælato respective loci illius licentiam exquirere debere, functiones hujusmodi absque Ordinariorum licentia, et permissione, imo ipsis aperte dissentientibus, non semel, sed pluries in anno, atque etiam contra Nostrum expressum præceptum, et mandatum iisdem diebus a prædictis locorum Prælatibus peraguntur, non sine gravi Christianæ pacis perturbatione, et fidelium scandalo, a Regularibus peragi contigisse.

Ad talia removenda scandala, jubetur expresse, nullum Regularem Ordinem facultate uti posse benedicendi populo, nisi prius Ordinarii licentia in scriptis obtenta, sub suspensionis poena.

§. 4. Quare, cum maxime dedecet, et tolerari ubique non debeat, Apostolica jussa et mandata, a Religiosis præcipue Viris negligi, aut non servari, et omnino incongruum sit, solemnem super populum, et sacram peragi actionem, ignaris, vel dissentientibus Pastoribus, quibus ejusdem populi cura et sollicitudo, divina disponente clementia, commissa est, hujusmodi non mediocri malo congrua Apostolicæ provisionis remedia adhibere volentes, ut in posterum Apostolicæ Sedi, et aliarum Ecclesiarum Pastoribus debitus honor, ac reverentia habeatur, utque cujuscumque discordiæ, ac dissensionis fomite, et causa sublata, pax, et concordia in procuranda Fidelium salute, inter sacros Ecclesiæ Dei Ministros retineatur diligentius, et exactius custodiatur; Motu proprio, et ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac Nostra in perpetuum valitura sanctione constituimus, decernimus, ac declaramus, Regulares Ordines etiam specialiter exprimendos, quibus facultas benedictionem elargiendi super populum, a Romanis Pontificibus prædecessoribus Nostris quomodocumque concessa, et per Nos in

dictis Nostris literis præservata fuit, eorumdem Ordinum personas Regulares ad id designatas, ac Superiores ipsos, facultate et concessione hujusmodi respective uti non posse, sine scientia et permissione Episcopi Diocæsani, aut Prælati loci ordinarii activam jurisdictionem in Clerum, et populum habentis, ab ipsis quidem ante in scriptis impetranda, quam per publica edicta, seu enunciationes, aut proclamationes populum de benedictione stata die elargienda, ut se ad Sacramenta Confessionis, et Communionis ea die suscipienda disponat, certiores faciant, vel si edicta hujusmodi omitti contingat, triduo saltem ante ipsam diem benedictionis, eadem licentia, et permissio in scriptis impetrari omnino debeat, sub pœna suspensionis ab omni officio et dignitate, aliisque arbitrio Nostro inferendis.

§. 5. Decernentes, præsentibus Nostris literas, et in eis contenta, ex quibusvis causis, vel prætextibus, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quovis alio defectu notari, impugnari, vel quomodolibet retractari, suspendi, restringi, limitari, vel eis in aliquo derogari nullatenus umquam posse, easque omnino sub quibusvis contrariis Constitutionibus, revocationibus, suspensionibus, derogationibus, decretis, vel declarationibus, novisque privilegiis generalibus, et specialibus pro tempore faciendis minime comprehendendi, sed semper ab illis exceptas esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri et obtinere, ac ab iisdem Ordinibus Regularibus, Superioribus, et personis quibuscumque, perpetuo, et inviolabiliter absque declaratione aliqua observari debere: sicque in præmissis omnibus censi, et ita per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos, ac etiam privilegiorum eorumdem Ordinum Conservatores, etiam quavis auctoritate et potestate fungentes, causarum quoque Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, dictæque Sedis Nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et autoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Non obstantibus quorumvis prædecessorum Nostrorum, ac etiam in Synodalibus, Provincialibus, et Universalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Or-

Derogatio contrariorum.

dinationibus; privilegiis quoque ipsis Ordinibus, et eorum singulis in genere, vel in specie a prædecessoribus præfatis, etiam quacumque causa, ac sub quibusvis tenoribus, et formis, ac quibuslibet derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, nec non irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie concessis, ac etiam pluries confirmatis, et innovatis: quæ omnia et singula, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem impertantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad effectum validitatis, perpetuæ firmitatis, et observantiæ præmissorum omnium, et singulorum, hac vice dumtaxat, harum serie specialiter, et expresse moderamus, et quatenus opus sit illis opportune, et valide derogamus, contrariis quibuscumque.

Fides habenda  
transumptis

§. 7. Volumus autem, quod eorundem præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ iisdem præsentibus adhiberetur, si exhibitæ forent, vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ constitutionis, declarationis, decreti, moderationis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo sexagesimo tertio, Tertio Kalendarum Septembris, Pontificatus Nostri Anno sexto.

CCCLXXII.

Dat. die 3.  
Sept. 1765. Anno VI.

Quæ de immunitate Ecclesiastica sanciverat Benedictus XIV. pro dominio temporali Sardinie Regis illustris, ea ad alias Provincias deinde dominio ipsi unitas, extenduntur, et observari mandantur.

*Ne homicidæ proditorii immunitate Ecclesiastica juvari possint prohibuit Gregorius XIV. Constit. anni 1591. 10 Kal. Junii. Immunitatis privationem extendit, etiam ad illos qui animo præmeditato occisionem patrassent Benedictus XIII. Constit. Anni 1725. sexto Idus Junii. Constitutionem super immunitate Ecclesiastica personali, et locali, confirmatis præcedentium Pontificum Ordinationibus, edidit Clemens XII. Anno 1734 quarto Kal. Febr. ut videre suis locis est in Bullario Mainardi. Constitutionem Clementis XII. extendit ad loca dominiæ Reipublicæ Lucanæ Benedictus XIV. Constitutione sua anni 1744. Jan. 24. Dubia quamplurima circa immunitatem localem declaravit Pontifex idem Constitutione alia Anni 1750 Martii 15. Quoad immunitatem Ecclesiasticam localem, et formam extrahendi reos ex locis immunibus pro ditione comitis Palatini Rheni adest Clementis XIII. Constit. Anni 1758. prid. Kal. Oct. relata hujus continuationis Tom. I. sub num. XIV. pag. 42. Itemque de Criminibus, et locis, qui Ecclesiastici asyli beneficio juvari minime poterunt in Sardinie Regno, peculiaria significavit Pontifex idem ad illius Regni Archiepiscopos, et Episcopos per Encyclicam relata eod. Tom. I. sub num. XLVI. pag. 105. Quod minores viginti Annis, qui præmeditati homicidii facinus admisserint, Ecclesiastica immunitate privandi non sint, declaravit prælaudatus Pontifex Episcopo Salutarum per literas suas hujus anni Maii 23 relatas hoc Tom. II. sub Num. CCCXLV. pag. 350.*

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. **P**astoralis officii Nobis licet immerentibus, divinitus commissi sollicitudo Nos admonet, ut votis Catholicorum præsertim Principum, per quæ Ecclesiæ immunitati nihil sit detractum,

Narrantur  
controversiæ,  
et dissensiones  
obortæ inter  
Sanctæ Sedis  
Ministros, et  
Officiales Sar-



ditinæ Regis quoad immunitatem, et libertatem Ecclesiasticam quas dirimere inceperat Benedictus XIII.

et simul publicæ consultum sit tranquillitati, Apostolicum præbeamus assensum. Sane pro parte carissimi in Christo filii Nostri Karoli Emmanuelis Sardinia Regis Illustris Nobis expositum fuit, quod cum jam dudum nonnullæ controversiæ, et dissentiones inter ministros hujus Apostolicæ Sanctæ Sedis ex una, et officiales, ac ministros clame: Victorii Amadei, dum vixit, ejusdem Sardinia Regis Illustris ex altera partibus, tam quoad immunitatem, libertatemque Ecclesiasticam, quam quoad materiam beneficalem vigerent, fel. rec. Benedictus Papa XIII. prædecessor Noster ad illas sedandas, componendasque nonnulla pacta, et concordata inire studuit; et quoniam in tractatu, seu deliberatione desuper habita pro dicto solemnibus concordato, et pactione ineunda conventum, et reservatum fuit, ut quædam instructio tum super jurisdictionem, tum super immunitatem, libertatemque Ecclesiasticam conficeretur transmittenda tunc nominando, et eligendo suo, et Apostolicæ Sedis prædictæ Nuncio apud eundem Victorium Amadeum Regem, ad effectum illa communicandi cum omnibus Archiepiscopis, et Episcopis in ditionibus temporalibus ipsi Victorio Amadeo Regi subjectis, existentibus, sed quoniam neque Nuncius id tempus missus, neque instructio confecta fuerat.

At Benedictus XIV. quæ a prædecessore suo incepta tantum fuerunt, audita prius peculiari Cardinalium Congregatione, debito fini perducere curavit, opportunisque præbere instructiones.

§. 2. Propterea rec: me: Benedictus Papa XIV. prædecessor itidem Noster, vestigiis prædecessorum suorum inherens, cupiensque quæstionibus omnibus tunc vigentibus debitum finem imponere, auditis prius nonnullis ex tunc existentibus S.R.E. Cardinalibus, de tranquillitate, et quiete dictæ Apostolicæ Sedis sollicitis, et in rebus, de quibus agebatur peritis, ac versatis, inspecto prius, penitusque cognito statu, in quo res immunitatis, et libertatis Ecclesiasticæ reperiiebantur, tunc suo, et prædictæ Sedis Commissario in ditionibus prædictis existenti, quamdam instructionem transmitti mandavit, quam ipse Commissarius cum Archiepiscopis, et Episcopis in ditionibus temporalibus prædictis, eidem Karolo Emmanueli Regi subjectis, ut præfertur, existentibus, communicare, seu illos de illa participes facere deberet, per quam quidem instructionem nonnullæ difficultates, quæ in intelligentia, et executione dictorum concordatorum ab ipso Benedicto XIII. initorum natæ, et exortæ fuerant, explicandæ, et aperiendæ, aliæque leges pro bono jurisdictionis, et immu-

nitatis Ecclesiasticæ regimine, et gubernio addendæ erant, dictamque instructionem in duas partes divisit, quarum prima ad concordatum per dictum Benedictum XIII. prædecessorem initum pertinebat, in alia vero continebantur ea, quæ ad bonum regimen jurisdictionis, et immunitatis Ecclesiasticæ attinebant.

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat ipse Karolus Emmanuel Rex, quo controversiæ, et dissentiones inter Curias Ecclesiasticas, et magistratus, seu tribunalia sæcularia Provinciarum in statu, et Ducatu Mediolanensi disjunctarum, et juxta tractatus Viennæ, et Aquisgrani sibi assignatarum, ac suo temporali dominio unitarum vigentes, et quæ forsitan in posterum, quod Deus avertat, oriri possunt, super Ecclesiasticum asylum, et intelligentiam, ac executionem præsertim antiquorum usuum, legum, et consuetudinum huc usque in eodem statu Mediolanensi in præmissis observatarum, componantur, nil aliud consentaneum, justum, et equum esse ducat, quam ut totum id, quod per dictum Benedictum XIV. prædecessorem in sua memorata instructione dispositum, declaratumque fuit quoad immunitatem, libertatemque Ecclesiasticam in paragraphis nono, decimo, decimo primo, decimo secundo, et decimo tertio pro omnibus priscis, antiquisque provinciis sui domini temporalis, ad novas provincias sibi assignatas, et a statu Mediolanensi disjunctas per Nos extendatur, et amplietur, declarando, quænam sit, et esse debeant loca, quæ in posterum immunitate Ecclesiastica minime gaudent, neque gaudere possint, prout etiam, quænam sint delicta, propter quæ delinquentes ad publicam quietem, et securitatem, ne penam juxta patrata delicta, et crimina effugiant, Ecclesiastici asyli beneficio minime fruantur.

Sardinia Modernus Rex quæ pro veteribus suis populis a Sancta Sede sancita fuerant, ad novas Provincias eidem Regno incorporatas extendi postulat.

§. 4. Nos igitur, qui nihil curamus impensius, quam, ut justitia, et pax se se invicem osculentur, piis ejusdem Karoli Emmanuelis Regis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, Motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione, Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, totum id quod idem Benedictus XIV. prædecessor Noster in supradicta sua Instructione, præsertim in paragraphis nono, decimo, decimo primo, decimo secundo, et decimo tertio contentum, et expres-

Pontifex piissimi Regis votis obsecundans, benigne excipit illius preces.

sum quoad immunitatem, libertatemque Ecclesiasticam pro dominio temporali ejusdem Karoli Emmanuelis Regis tunc existentibus in eo Archiepiscopis et Episcopis transmissa praescrispsit, statuit, decrevit, et declaravit, ad easdem provincias vigore tractatum Vienne, et Aquisgrani a Statu, et Ducatu Mediolanensi avulsas, ac dicto Karolo Emmanueli Regi assignatas, attributas, et subjectas, ejusque temporali dominio praedicto unitas, extendimus, et ampliamus. Ac pro majori securitate, et intelligentia, ne novae in posterum ea de causa orientur dissentiones, motu, scientia, deliberatione, et plenitudine paribus, decernimus, statuimus, et declaramus, hanc esse in praemissis Nostram voluntatem, nempe.

Sequitur tenor  
sanctionum,  
quarum hic  
extenditur ob-  
servantia.

§. IX. « Essendo pur troppo cre-  
« sciuta la malizia degli uomini, e  
« desumendo i cattivi, contro l'espres-  
« sa intenzione de Sacri Canonj, e delle  
« Costituzioni Apostoliche, facilità di  
« commetter delitti pel pronto confu-  
« gio alle Chiese, ed a luoghi immu-  
« ni, non goderanno per l'avvenire del  
« beneficio dell' asilo tutti i seguenti.

« Gli Omicidi, non solo se l'omi-  
« cidio sia proditorio, giusta il jus com-  
« mune, e la Bolla Gregoriana, ma an-  
« cora se sarà appensato, giunta la Bol-  
« la della Santa Memoria di Benedet-  
« to XIII. che incomincia *Ex quo di-  
« vina*, non dovendo più godere del  
« beneficio dell' asilo, se non chi com-  
« mette omicidio casuale, o per pro-  
« pria difesa *cum moderamine inculpa-  
« tae tutelae*, estendendo sua Santità ai  
« dominj del Re di Sardegna la Bolla  
« *In supremo Justitiae Solio* della Santa  
« Memoria di Clemente XII.

« Gl'incendiarij, cioè coloro, che  
« *dolo malo, et data opera* metteranno  
« o faranno metter fuoco, o che *scien-  
« ter* daranno ajuto, o consiglio a chi  
« mettesse fuoco a qualunque Chiesa,  
« luogo Sagro, o Religioso, o a qua-  
« lunque casa abitabile, sia tanto in Cit-  
« tà, e luoghi abitati, quanto fuori di  
« essi, come altresì a tugurj costrutti  
« *ad instar domorum*, soliti abitarsi da  
« contadini, o pastori, o sopra gli ar-  
« menti, e le greggi, alle vigne, se-  
« minati, oliveti, selvati, o qualunque  
« altro podere alberato, coltivato, e  
« fruttifero.

« I ricattatori, cioè a dire co-  
« loro, i quali conducono, e traspor-  
« tano violentemente, o dolosamente  
« *de loco ad locum* uomini, e donne,  
« ivi ritenendoli per obbligarli a riscat-

Bull. Rom. Tom. II.

« tarsi: come altresì coloro, che per  
« via di ambasciate, o lettere chieg-  
« gono denaro, o altra cosa, con mi-  
« naccia di ammazzare le persone, o  
« d'incendiare i beni di quelli, a qua-  
« li sono dirette in caso, che non fac-  
«ciano quel che chieggono.

« Coloro, che *scienter, dolo ma-  
« lo, et animo nocendi* compongono,  
« vendono, e propinano il veleno,  
« quantunque non sia seguita la morte  
« della persona, che voleva avvelenar-  
« si, e nè tampoco abbia la medesi-  
« ma in effetto, per qualche fortunato  
« accidente, preso il veleno.

« Coloro, che fanno assassinare,  
« o che per commissione data loro, as-  
« sassinano, o che a sudetti scellerati  
« danno ajuto, o consiglio, quantun-  
« que non vi sia seguita la morte, pur-  
« chè *deventum fuerit ad actum pro-  
« ximum, hoc est ad insultum, ita ut  
« intervenerint vulnus*. I grassatori, e  
« ladri di strade pubbliche, e vicinali,  
« anche per la prima volta, che com-  
« mettessero un tal delitto, quantun-  
« que senza alcuna offesa della persona  
« del derubbato.

« Coloro, che di notte tempo  
« aprono con chiavi false, o adulteri-  
« ne, con grimaldelli, ed altri istro-  
« menti le porte delle case, botteghe,  
« fondachi, o magazzini, o pure, che  
« rompono, o bruciano le sudette por-  
« te, o che entrano in tali sudetti luo-  
« ghi per gli tetti, o finestre, o per  
« aperture fatte nelle muraglie, o rub-  
« bano tanta quantità, per la qual co-  
« sa meritano secondo le leggi comu-  
« ni, o municipali, la morte.

« Così parimenti coloro, che in  
« tempo di notte, sotto nome di Cor-  
« te, o con falsi pretesti di essere Mi-  
« nistri della giustizia, si fanno aprire  
« dagli abitatori le porte delle case, ed  
« ivi entrati, rubbano, o fanno violen-  
« za all'onestà delle donne di detta  
« casa.

« I falsificatori di cedole, o siano  
« fedeli di credito, o di altre scritture  
« de' pubblici banchi, come altresì co-  
« loro, che falsificano ordini per mezzo  
« de' quali, in pregiudizio della publi-  
« ca fede, esigono danaro d'altri, de-  
« positato ne pubblici banchi.

« I Mercatanti fraudolentemente  
« decotti, i quali fingendo di esser fal-  
« liti, nascondono il loro avere in frode  
« de' loro Creditori.

« I Regj Tesorieri, ed i Percet-  
« tori generali, i quali ritenendo, o ri-  
« cevendo denaro Regio dagli Uffizia-

» li inferiori, o da altri debitori della  
 » Regia Camera, per trasmetterla alla  
 » cassa generale, commettono furto,  
 » o falsità, in somma, che abbia luo-  
 » go la pena ordinaria, così pure il Cas-  
 » siere maggiore, e gli altri Uffiziali,  
 » e Ministri de' pubblici banchi, che  
 » rubbano da quelli il denaro in tanta  
 » quantità, che perciò debbano sog-  
 » giacere alla stessa pena ordinaria. I  
 » Conservatori de' pegni, e gli altri uf-  
 » fiziali, e ministri de' pubblici Mon-  
 » ti, che rubbassero i pegni in tanta  
 » quantità da dover soggiacere alla me-  
 » desima pena, e per ultimo coloro,  
 » i quali essendo pubblici cassieri delle  
 » università, rubbano il denaro della cas-  
 » sa publica, nella stessa notevole, e  
 » punibile quantità.

» Tutti i delinquenti, o rei di de-  
 » litto di lesa Maestà nel primo, e se-  
 » condo capo. E nel secondo capo per  
 » quello, che appartiene ad offese per-  
 » sonali fatte a ministri, ed uffiziali per  
 » ragion del loro uffizio, debbano in-  
 » tendersi compresi coloro solamente,  
 » i quali facessero offesa personale, e  
 » non verbale a quei ministri, ed a  
 » quegli uffiziali, che amministrano  
 » giustizia, ed esercitano giurisdizione  
 » comunicata loro immediatamente  
 » dal Sovrano, e non già dagli utili  
 » Padroni, e Baroni de' luoghi.

» Coloro, che per forza estrag-  
 » gono, e fanno estrarre i rei dalla  
 » Chiesa, o da qualsivoglia altro luogo  
 » immune.

» Coloro, che tanto nelle Chiese,  
 » quanto ne Cimiterj, o in qualunque  
 » altro luogo immune, commettono  
 » omicidj, mutilazioni di membri, o  
 » qualsivoglia altro delitto, per cui *de*  
 » *jure communi intrat pœna sanguinis,*  
 » *aut trirremium*, come altresì coloro,  
 » che usciti dalle sudette Chiese, e  
 » luoghi immuni, commettono i mede-  
 » simi delitti.

» Coloro, che si abusano del  
 » confugio anche per la prima volta,  
 » si estraggano da quello d'ordine del  
 » Vescovo, e d'ordine del medesimo  
 » si trasportino in altra Chiesa, nel  
 » qual trasporto non possano essere  
 » molestati dalla Curia secolare *sub pœ-*  
 » *na violatœ Immunitatis*; e s'intimi  
 » loro, che abusandosi del confugio  
 » per la seconda volta, sarà dichiarato  
 » dal Vescovo, che non godono più  
 » veruna sorta d'Immunità Ecclesiasti-  
 » ca. Ed affinché da Vescovi possa  
 » farsi speditamente una tal dichia-  
 » razione, sarà da Sua Santità conce-

» duta loro una volta per sempre la fa-  
 » coltà, acciocchè non debbano in cia-  
 » scun caso, che potrà occorrere di  
 » doverne fare uso, scriverne in Roma  
 » per ottenerla.

» X. Per l'avvenire non goderan-  
 » no dell'Immunità i seguenti luoghi.

» Le Chiese rurali esistenti fuo-  
 » ri della Città, e luoghi abitati, nel-  
 » le quali non si conserva il Venerabi-  
 » le, eccettuatene le Parrocchie, e le  
 » Chiese figliali delle medesime, nel-  
 » le quali si esercita la cura delle ani-  
 » me: con dichiarazione, che tanto ri-  
 » spetto alle sudette Chiese rurali riser-  
 » bate, quanto a riguardo di tutte le  
 » altre Chiese, che sono in Città, ed  
 » altri luoghi abitati, non debba il be-  
 » nefizio dell'asilo distendersi, quan-  
 » to all'esteriore, ad altro, che all'  
 » atrio, quando sia circondato di mu-  
 » ro, o portici, scale, e porte tanto  
 » anteriori, che laterali, ed alla faccia-  
 » ta anteriore solamente.

» Le Cappelle, e gli Oratori esi-  
 » stenti nelle case dei particolari, e ma-  
 » gnati, quantunque abbiano privilegio  
 » di Cappelle pubbliche, e l'adito in  
 » istrada publica. Così parimenti tutte  
 » le Cappelle delle Fortezze, e Castel-  
 » li chiusi, ancorchè si conservi in es-  
 » se il SSimo Sacramento.

» I Campanili separati dalle Chie-  
 » se, e dalle muraglie di esse.

» Le Chiese dirute, ed abbandona-  
 » te colla precedente profanazione,  
 » che si ordinerà ai Vescovi, ed Ordina-  
 » rj de' luoghi rispettivamente di  
 » fare.

» Gli Orti, e Giardini, ed altri  
 » luoghi di Chicse, e di qualsisia al-  
 » tra Casa religiosa, i quali non sono  
 » circondati da muraglie, e non sono  
 » compresi nella clausura.

» Le Botteghe, e le Case attac-  
 » cate alle muraglie delle Chiese, o de  
 » Monasterj, o di qualsivoglia altra Ca-  
 » sa religiosa, quantunque abbiano in-  
 » terna comunicazione colle mede-  
 » sime, purché non siano comprese  
 » nella clausura.

» Le Case in cui abitano i Sacer-  
 » doti, o altri Ecclesiastici, ancorchè  
 » abbiano l'ingresso nella Chiesa, ec-  
 » cettuatene però le Case, ove abitano  
 » Parrochi, ed altri Ecclesiastici desti-  
 » nati alla cura, e custodia della Chie-  
 » sa, purché bensì tali Case si abitino  
 » da essi stessi e non da altri, le quali  
 » avendo l'immediata comunicazio-  
 » ne interiore colla stessa Chiesa, go-  
 » deranno dal sagro asilo, non ostan-

» te, che abbiano la porta coll' uscita  
» in strada publica.

» §. XI. Rifugiandosi nel luogo  
» immune qualcuno de' delinquenti lai-  
» ci, supposto reo di eccettuato delit-  
» to, ad ogni istanza, e richiesta del  
» Laico Magistrato, cogl' indizj *ad cap-*  
» *pturam*, concedasi dai Vescovi, e lo-  
» ro Vicarj Generali in Città, e negli  
» altri Luoghi da Vicarj Foranei, ed  
» in mancanza di questi dalla persona  
» Ecclesiastica più degna, che fa figu-  
» ra di Superiore nel luogo, la licen-  
» za di trarlo dal sagro asilo coll' in-  
» tervento di persona Ecclesiastica da  
» destinarsi da medesimi, e si conse-  
» gni alla Curia Secolare coll' obbligo  
» giurato in scriptis di ritenere il reo  
» *nomine Ecclesie*, e di restituirlo al-  
» la Chiesa in caso si decida, che deb-  
» ba goderla, e non restituendosi, ri-  
» manga al Vescovo la facoltà di pro-  
» cedere contro del Magistrato Secolare  
» colle pene Canoniche di violata Immu-  
» nità.

» Nel caso, che rispetto agli ac-  
» cennati delinquenti detta licenza fos-  
» se negata, dopo ricercata nel modo  
» detto di sopra, sia lecito al Giudice  
» laico senza timore d' incorrere nel-  
» le censure, estrarre il delinquente  
» con tutta modestia, e senza scanda-  
» lo coll' obbligo però in iscritto, co-  
» me sopra, da trasmettersi alla Curia  
» Ecclesiastica del Vescovo.

» Costituito il reo nelle carceri  
» laicali, si formi dal Giudice Secola-  
» re il processo informativo sopra il de-  
» litto, e nel termine di quattro me-  
» si si esibisca alla Curia del Vescovo;  
» e questi dentro il termine di un me-  
» se debba dichiarare, se il reo goda,  
» o no.

» Quando poi il Giudice Laico  
» fra lo spazio di quattro mesi non esi-  
» bisca il processo, dovrà il Vescovo  
» richiederlo per la restituzione del reo  
» alla Chiesa: la qual restituzione non  
» potrà dal Giudice Laico ritardarsi a  
» forma dell' obbligo fatto nell' atto  
» della consegna.

» Perchè possa il Vescovo dichia-  
» rare, che l' Inquisito non goda del  
» beneficio dell' asilo, bastino gl' in-  
» dizj *ad torturam*.

» Dichiarandosi dal Vescovo, che  
» il reo non goda, in tal caso debba  
» cessare l' effetto dell' obbligo fatto dal  
» Giudice Laico nell' atto della consegna  
» detto di sopra; ed all' incontro dal-  
» lo stesso Giudice Laico dovrà farsi  
» nuovo obbligo del tenore di quello

» detto di sopra, di rimettere il reo  
» in Chiesa, qualora il medesimo ab-  
» bia nelle sue difese purgati gl' indi-  
» zj sopra le qualità, che rende il de-  
» litto eccettuato, restando ciò a carico  
» della coscienza dello stesso Giudice  
» Laico.

» Che sotto il nome di Vescovi  
» s' intendono i veri Vescovi, e non  
» già i Prelati inferiori di qualunque  
» specie, quantunque abbiano proprio,  
» e separato territorio, e giurisdizio-  
» ne quasi Episcopale, dovendosi per  
» tali luoghi esenti ricorrere al Vescovo  
» Diocesano, se il luogo è nella  
» Diocesi, o pure al viciniore; alla ri-  
» serva bensì di quei Prelati inferiori,  
» che avessero ottenuto, o ottenessero  
» dalla Sede Apostolica uno speciale In-  
» dulto di procedere in queste cause  
» d' Immunità locale.

» §. XII. A coloro, che si rifugia-  
» no nelle Chiese, o luoghi Immuni,  
» i Vescovi, i Vicarj Foranei, o chi-  
» unque fa figura di Superiore Eccle-  
» siastico in Città, o in qualunque al-  
» tro luogo della Diocesi, faccian su-  
» bito togliere le armi, implorando,  
» quando vi sia di bisogno, il braccio  
» della Curia Secolare: la quale facen-  
» do istanza ai sudetti Superiori Eccle-  
» siastici, che si levino le armi dalla  
» Chiesa, e luoghi Immuni, siano te-  
» nuti i medesimi dare la licenza di  
» estrarle coll' intervento di persona Ec-  
» clesiastica: e non volendosi accorda-  
» re da sudetti Superiori Ecclesiastici  
» la licenza, sia lecito alla Podestà Se-  
» colare estrarre le dette armi, le qua-  
» li anche nel caso, che si tolgano ai  
» rifugiati da Superiori Ecclesiastici,  
» dovranno consegnarsi al Magistrato  
» Laico, premessa la protesta da farsi  
» dalla medesima persona Ecclesiasti-  
» ca, a tenore del *Cap. Prælati, de*  
» *homicidiis in sexto*.

» Qualora dovrà farsi qualche  
» perquisizione in Chiesa, o in altro  
» luogo Immune di cosa rubbata, o di  
» scrittura, o di denaro, o robbe oc-  
» cultate da contumaci, o che in qua-  
» lunque maniera possono al Fisco ap-  
» appartenere, dovranno i Ministri (sen-  
» za però esser tenuti a manifestare il  
» luogo preciso, ed individuo) chie-  
» derne la licenza a Superiori Eccle-  
» siastici, la quale dovrà accordarsi in  
» Città dal Vescovo, e negli altri luo-  
» ghi della Diocesi dai Vicarj Foranei,  
» ed in lor mancanza dalla persona più  
» degna, che fa figura di Superiore  
» Ecclesiastico, eccettuati però i Mo-

» nasterj di Monache, e Conservatorj  
 » di Donne. Ottenuta la licenza, si fa-  
 » rà la perquisizione, coll'intervento di  
 » persona Ecclesiastica; e ritrovando  
 » si contrabando, o robba rubbata, o  
 » qualunque altra robba, o cosa delle  
 » dette di sopra, premessa dalla me-  
 » desima persona Ecclesiastica la pro-  
 » testa da farsi a tenore del *Cap. Præ-*  
 » *latis, de homicidiis in sexto*, si estrar-  
 » rà, e si consegnerà alla Curia Laica-  
 » le: anzi, che chiedendosi dalla me-  
 » desima la licenza sudetta ai Supc-  
 » riori Ecclesiastici, se le fosse nega-  
 » ta, potrà in tal caso da se stessa pro-  
 » cedere alla detta perquisizione, ed  
 » estrazione, senza timore d'incorrere  
 » nelle censure, a riserva però sempre  
 » come sopra, de' Monasterj di Mon-  
 » nache, e de' Conservatorj di Donne.

» §. XIII. Appartenendo, conforme  
 » di sopra si è detto, al Vescovo, il  
 » dichiarare, se il reo goda, o non  
 » goda del beneficio dell'Immunità, e  
 » dovendo, come pure di sopra si è  
 » detto, lo stesso Vescovo dentro il ter-  
 » mine di un mese dal dì, che gli sarà  
 » stato consegnato il processo dal Giu-  
 » dice Laico, proferire la detta sen-  
 » tenza; inoltre potendosi dare il ca-  
 » so, che dentro il predetto mese non  
 » si proferisca dal Vescovo la senten-  
 » za, o che nelle discussioni di que-  
 » ste cause ad istanza o del Fisco Ec-  
 » clesiastico, o del Fisco Laico sia d'uo-  
 » po l'ordinare, che s'impingui il pro-  
 » cesso, o che si faccia un nuovo pro-  
 » cesso, acciò la giustizia abbia libero  
 » il suo corso, e non sia esposta alle  
 » frequenti mutazioni de' Giudici, la  
 » Santità di Nostro Signore deputa Mon-  
 » signore Arcivescovo di Torino dan-  
 » dogli ogni facoltà opportuna, e neces-  
 » saria per decidere la causa, se non  
 » sarà stata decisa dal Vescovo dentro  
 » il mese stabilito, come pure in caso  
 » di qualche differenza, che insorga  
 » per ordinare l'impinguazione del pro-  
 » cesso, o confezione del nuovo. De-  
 » puta pure, e dà le facoltà opportu-  
 » ne, e necessarie al predetto Monsi-  
 » gnor Arcivescovo, acciò possa ricevere  
 » le appellazioni dal giudicato del Ve-  
 » scovo sopra il punto dell'Immunità  
 » locale, costituendolo Giudice nella  
 » detta materia di seconda istanza; e  
 » trattandosi di sentenza proferita dal  
 » predetto Monsignor Arcivescovo di  
 » Torino, da cui una delle parti voles-  
 » se reclamare, o che la sentenza non  
 » fosse stata da esso proferita dentro il  
 » mese, o che in una causa pendente

» avanti di lui insorgesse qualche dif-  
 » ferenza circa l'impinguare il proces-  
 » so, o farne un nuovo, il tutto si  
 » devolva al Vescovo di Saluzzo, a cui  
 » Sua Beatitudine conferisce tutte le fa-  
 » coltà opportune, e necessarie per es-  
 » sere Giudice di seconda istanza in  
 » questi casi; come pure al Vescovo  
 » d' Ivrea, in caso di vacanza, o d'im-  
 » pedimento dell'Arcivescovo di Torino,  
 » o del Vescovo di Saluzzo.

» Trattandosi di materia nella  
 » quale con l'individuazione de' casi, e  
 » de' luoghi, in cui deve, e non de-  
 » ve rispettivamente aver luogo l'Im-  
 » munità, presentemente si ritrova ogni  
 » chiarezza, e di materia, che richie-  
 » de pronto disbrigo per servizio della  
 » giustizia, si determina, che i sopra-  
 » detti Giudici delegati, e che proce-  
 » dono in seconda istanza, procedano  
 » inappellabilmente, e privatamente  
 » a qualunque Ministro, Giudice, o Tri-  
 » bunale tanto Ecclesiastico, che Laico,  
 » sia di qualsivoglia rango, anche di  
 » Monsignor Nunzio, o di qualsivoglia  
 » altro Giudice, Ministro, che preten-  
 » desse procedere per via di Regia pro-  
 » tezione, o economica provvidenza. »

» §. 5. Decernentes, easdem præsen-  
 » tes literas, et in eis contenta quæcum-  
 » que semper firma, valida, et efficacia  
 » esistere, et fore, suosque plenarios, et  
 » integros effectus sortiri, et obtinere, ac  
 » illis ad quos spectat, et pro tempore  
 » quandocumque spectabit in futurum plen-  
 » issime suffragari, et ab eis respective  
 » inviolabiliter observari, sicque in præ-  
 » missis per quoscumque Judices ordina-  
 » rios, et delegatos, etiam causarum Pal-  
 » latii Apostolici Auditores, ac Sedis præ-  
 » dictæ Nuncios, sublata eis, et eorum  
 » cuilibet quavis aliter judicandi, et in-  
 » terpretandi facultate, et auctoritate, ju-  
 » dicari, et definiri debere, ac irritum,  
 » et inane si secus super his a quocum-  
 » que, quavis auctoritate, scienter, vel igno-  
 » ranter contigerit attentari.

» §. Quo circa Venerabilibus Fratri-  
 » bus Archiepiscopo Mediolanensi, ac Epi-  
 » scopis Novariensi, Dertonensi, Nebiensi, Vi-  
 » glevanensi, Papiensi, et Placentino Pro-  
 » vincia Bononiensis nunc et pro tempore  
 » existentibus in dominio temporali, ac  
 » provinciis eidem Karolo Emmanueli Re-  
 » gi subjectis jurisdictionem spiritualem  
 » in Terris, Locis, Castris, et Oppidis in-  
 » tra limites Diœcesum prædictarum exi-  
 » stentibus habentibus, ut ipsi, et unus-  
 » quisque eorum pro se ad omnimodam  
 » præsentium Nostrarum literarum, et  
 » in eis contentarum executionem proce-

Clausula su-  
 blata, et decre-  
 tum irritans.

Præsentis Con-  
 stitutionis Epi-  
 scopis in nova  
 Sardinia Regis  
 ditione exi-  
 stentibus exe-  
 cutio comit-  
 titur.

dat, et faciat illas, et in eis contenta quæcumque semper, et ubique in ditionibus prædictis, pro ea parte suæ jurisdictionis spiritualis, ab omnibus, ad quos spectat, et quodcumque spectabit in futurum inibi compræhensis, juxta eorundem præsentium tenorem, et continentiam inviolabiliter observari.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, quæ Nostris præsentibus literis adversantur, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Anno Piscatoris die tertia Septembris Millesimo Septingentesimo Sexagesimo tertio, Pontificatus Nostri anno Sexto.

Derogatio  
contrariorum.

Dat. die 3 Sept.  
1763. An. VI.

CCCLXXIII.

Capitulo, et Canonicis Cathedralis Ecclesiæ Patavinæ significat quomodo gestandæ ab illis sicut supra pectus appensæ Cruces, quorum honore paullo ante ditaverat.

*Literæ, in forma Brevis, quibus tallium Crucium gestandarum honorem Capitulum hoc insignivit, relatæ a Nobis sunt hoc Tom. II. sub Num. CCCXLII. pag. 346.*

Dilectis Filiis Capitulo, et Canonicis  
Cathedralis Ecclesiæ Patavinæ

Clemens PP. XIII.

Dilecti filii salutem,  
et Apostolicam benedictionem

§. 1. **D**e gestandis supra pectus Crucibus, quas ante hos aliquot menses ad vos missimus, tria comperimus esse vobis ambigua, de quibus ad tollendam omnem dubitationem existimatis Apostolico Nostro opus esse judicio. Quæritis igitur, liceat ne Crucem illam gestare supra Casulam Sacerdoti Missam sive privatam, sive solemnem celebranti, aut supra Dalmaticam ministranti in Missa solemani, aut denique Canonicis supra Cappam magnam, cum ab

illis eam vestem adhiberi oportet, an vero in his tribus casibus supra Rocchettum Crux eadem sit gestanda. Ad hanc triplicem quæstionem negative quoad omnia respondendum esse censemus. Crucem vero supra Rocchettum, Alba, cæterisque Sacris vestibus, aut Cappa magna tectam gestari oportet. Et quoniam ex hac dubitatione vestra scribendi ad vos orta est occasio, quæ superioribus literis Nostris vos admonuimus, eadem ducimus iteranda; Nos eam Crucem vobis gestandam eo consilio dedisse, ut ad devotionem erga Deiparam, et ad B. Gregorii Barbadici imitationem quisque vestrum excitemini, utque sit insigne Ecclesiastici hominis, mores suos ad ejus virtutes in omnibus vitæ suæ actionibus conformantis. Itaque magnopere cupimus, eandem Crucem ornamentum esse modestiæ vestræ, illiusque custodem severitatis, quam semper in usu vestrum, quæ clericali statui conveniunt, et in omni cultu, cæterisque rebus, quibus actio vitæ continetur, Patavinæ Ecclesiæ Canonici, magna cum laude retinuerunt. Id vero non eo scribimus, quasi in hac re monitione ulla Nostra vos egere arbitremur, sed ut eadem iterum inculcando, non modo qui nunc estis, sed iis etiam, qui in posterum vobis successerint, palam fiat magis, quod sit in hac re, fueritque Nostrum consilium. Vobisque omnibus eximie erga vos benevolentie Nostræ pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die III. Septembris MDCCLXIII, Pontificatus nostri anno Sexto.





Dat. die 10.  
Sept. 1765. An-  
no VI.

CCCLXXIV.

Taurinensi Episcopo respondet super confirmatione sententiæ illius Curiaë late in causa criminali Salutiana, gratiasque illi refert pro gratulatione ob Pragmaticas sanctiones ab Hispaniarum Rege abollitas.

Dilecto Filio nostro Joanni Baptistæ  
Tituli S. Chrysogoni  
Præbytero S.R.E. Cardinali Revero  
Archiepiscopo Taurinensi

Clemens PP. XIII.

Dilecte fili salutem,  
et Apostolicam benedictionem

§. 1. **S**ingulare tuum, erga Nos obsequium, præcipuamque Nostræ observantiam in tuis literis datis die xxiv. Augusti, magna animi Nostræ voluntate, recognovimus. Gratias enim Nobis agere voluisti, quod per venerabilem Fratrem Josephum Augustinum Archiepiscopum Calaritanum, qui sint erga te animi Nostræ sensus, quæ Nostra de virtutibus tuis existimatio tibi declaraverimus. Enim vero sic te præclarasque tuas dotes amamus, sic mente defixas gerimus, ut nullam unquam prætermisuri simus occasionem tui salutandi, tibi que iteratis significationibus persuadendi de Nostra tui perpetua memoria, et de summa, qua te complectimur, benevolentia. Quod Curiaë tuæ in criminali illa Salutiana causa sententiam confirmaverimus, gratum id tibi fuisse mirifice gaudemus. Perjucunda etiam Nobis fuit de Pragmaticis Hispanis abollitis tua gratulatio; inde enim de Nostris, et Sedis Apostolicæ rebus quam sis sollicitus facile perspeximus. Gratulandum Deo, qui non sprevit orationem Nostram, nec amovit misericordiam suam a Nobis; qui ideo videtur per sesquiannum acerrima cura Nos exercitos voluisse, ut hæc tanta ad Nos perveniret lætitia, et eas Pragmaticas permisisse constitui, ut iis summotis, Catholici Regis pietas exploratior esset omnibus, et illustrior. Tibi denique, Dilecte Fili Nostræ, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die x. Septembris MDCCLXIII. Pontificatus Nostræ Anno Sexto.

CCCLXXV.

Dat. die 12.  
Sept. 1765 An-  
no VI.

Indultum promovendi ad Sacros etiam Ordines Clericos adscriptos alicui Ecclesiæ Torcellanæ Diocesis, jam alias a quampluribus Pontificibus, concessum, et confirmatum, hic renovatur, licet nullo Ecclesiastici beneficii titulo sint provisi.

Venerabili Fratri Episcopo Torcellano

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem  
et Apostolicam benedictionem

z. 1. **A**lias pro parte tunc existentis Episcopi Torcellani fel. rec. Clementi Papæ XI. Prædecessori Nostræ exposito, quod dudum rec. me. Xistus Papa V. pariter prædecessor Noster cum ei relatum fuisset in Civitate Venetiarum nobilium, et populi frequentia celeberrima per pauca esse beneficia, sub quorum titulo multi pauperes Clerici patrimonii sufficientis titulo carentes juxta constitutionem suam potuissent promoveri, singularum Ecclesiarum particulariter id exponentium necessitatibus, utilitatibusque providere desiderans, tunc quoque existenti Patriarchæ Venetiarum, licentiam, et facultatem concesserat, ut omnes, et singulos dictæ Civitatis clericos, qui vita, moribus, ætate, natalium legitimitate, et aliis qualitatibus a jure requisitis per ipsum idonei reperti fuissent, etiam si titulo beneficii Ecclesiastici, vel pensionis annuæ non essent provisi, aut patrimonialia, aliaque bona non possedissent, dummodo alicui Ecclesiæ dictæ Civitatis, de consensu Ecclesiæ hujusmodi Rectoris adscripti fuissent pro celebratione Missarum, et divinorum officiorum, ex quorum servitio, et eleemosynis a piis Christifidelibus elargiendis, aliquid ad sustentationem victus capere possent, et ab eadem Ecclesia, cui adscripti fuissent nullo unquam tempore amoveri, vel ipsi ab eadem recedere possent, ac deberent, nisi illis de competente beneficio, aut pensione super fructibus Ecclesiasticis assignanda provisum fuisset, vel ita eorum exigentibus demeritis ab ipsa Ecclesia amovendi essent, ad quatuor minores, nec non sacros etiam Presbyteratus ordines, debitum temporibus, servatisque Concilii Tridentini decretis, promovere libere, et licite valeret, et alias prout in ipsius

Ob penuriam beneficiorum, et multitudinem pauperum Clericorum Ordinandorum jam alias pro Civitate Venetiarum indulgerat Xistus V. ut hi ad Sacros Ordines promoveri possent licet de nullo Ecclesiastico beneficio provisi, dummodo alicuius Ecclesiæ servitio sint addicti, a qua alantur.

Xysti prædecessoris desuper, in simili forma Brevis die xxx. Decembris MDXC expeditis literis, quarum tenorem præsentibus pro plene et sufficienter expressum, et inscriptum haberi volumus, prout uberius asserebat contineri.

Eadem inco-  
moda existe-  
bant in Diocesi  
Torcellensi  
ubi pauca sunt  
Ecclesiastica  
beneficia, et  
quampures  
Ordinandi  
pauperes Cle-  
ricorum Ecclesie  
servitium defi-  
ciat.

§. 2. Et in eadem expositione sub-  
iuncto, quod tam in Cathedrali, quam  
in aliis sæcularibus, et Collegiatis Ec-  
clesiis oppidi Murani Torcellanæ Dio-  
cesis, in quo ipse residere solebat, di-  
vini cultus, ob penuriam ministrorum  
qui ad titulum beneficiorum propter  
illorum parvitatem promoveri nequi-  
bant, maximum detrimentum patien-  
tatur, ita ut Pontificalia, aliasque sa-  
cras functiones, ea, qua decebat, ma-  
gnificentia exercere minime valeret,  
imo occasione funerum, et anniversa-  
riorum, Sacerdotes, et ministri hujus-  
modi, ex vicinis Civitatibus, non sine po-  
puli admiratione, convocandi essent, in  
prædictis vero Ecclesiis centum Cap-  
pellanæ quotidianæ, seu mansionariæ,  
quarum annui reditus ad centum, et  
amplius ducatos monetæ illarum par-  
tium pro qualibet ascendebant, ac plu-  
res eleemosynæ, alique proventus in  
Parochialibus Collegiatis Ecclesiis pro  
congrua sustentatione Clericorum illis  
inservientium, quæ certæ, et exigibi-  
les erant, quippe quæ ex bonis a pia  
Fidelium dispositione relictis provenie-  
bant, reperiebantur, ac ulterius non-  
nullæ aliæ foundationes in Ecclesiis Mo-  
nialium, quæ ad eorundem Clerico-  
rum sustentationem, valde confere-  
bant, existebant.

Isidem propte-  
rea ex causis,  
quibus indul-  
tum Ordinandi  
absque titulo  
beneficiorum  
fuit pro Ci-  
vitate Venetia-  
rum, extensum  
deinde fuit ad  
Diocesim Tor-  
cellensem, et de  
decennio in de-  
cennium con-  
firmatum.

§. 3. Ideoque indultum, quo dicta  
Civitas Venetiarum fruebatur, sibi ab  
eodem Clemente prædecessore conce-  
di plurimum desiderabat; idem Cle-  
mens prædecessor, eidem tunc existen-  
ti Episcopo Torcellano, petitem indultum  
ad formam literarum prædicti Xysti  
prædecessoris, pro prædicta Civitate Ve-  
netiarum æditatum, ad decennium tunc  
proximum tantum, auctoritate Aposto-  
lica concessit, et subinde vigentibus iis-  
dem causis, indultum huiusmodi ad  
alios decem annos concessit, seu pro-  
rogavit; et deinde cum decem anni  
ultimo loco concessi, seu prorogati jam  
expiraverint, prædictæ vero causæ ad-  
huc perdurarent rec. m. Benedictus Pa-  
pa XIII itidem prædecessor Noster, in-  
dultum huiusmodi ad aliud decennium  
tunc proximum de novo concessit; su-  
binde fel. itidem rec. Clemens Papa XII  
prædecessor quoque Noster, cum decem  
anni a dicto Benedicto prorogati expi-  
rassent, seu expiratura essent, indul-

tum prædictum ad decem de novo an-  
nos concessit, seu prorogavit; de-  
murum rec. etiam mem. Benedictus Pa-  
pa XIV cum accepisset, decennium ab  
ipso Clemente XII prorogatum expiras-  
se, causæque huiusmodi etiam tunc per-  
durarent, indultum prædictum ad alios  
decem annos, servata tamen earundem  
primodictarum literarum forma, et di-  
spositione concessit, ac renovavit, et  
alias prout in dictis Clementis XI pri-  
mis quidem xxiv Junii MDCCVII, et  
xvii Junii MDCCXVIII, ac Benedicti  
XIII xxvii Februarii MDCCXXVIII, no-  
vissimis autem Clementis XII xiii Maii  
MDCCXXXVIII, et Benedicti XIV præ-  
decessorum xxx Augusti MDCCXLVIII  
diebus respective expeditis literis abe-  
rius dicitur contineri.

§. 4. Cum autem, sicut Nobis nuper  
exponi fecisti, decem anni a memo-  
rato Benedicto Papa XIV prædecessore  
concessi, de præsentis jam expiraverint,  
prædictæ vero causæ etiam nunc per-  
durent; cupiasque proinde opportune in  
præmissis provideri, et ut infra indulge-  
ri. Nos te amplioris favore gratiæ pro-  
sequi volentes, et a quibusvis excom-  
municationis, et interdicti, aliisque Ec-  
clesiasticis censuris, sententiis, et pœ-  
nis, quovis modo, et quacumque de  
causa latis, si quas forte incurreris, hu-  
jus tantum rei gratia absolventes, et  
absolutum fore censentes, supplicatio-  
nibus tuo nomine Nobis humiliter por-  
rectis inclinati, Fraternalitati tuæ, prædi-  
ctum indultum ad aliud decennium,  
servata tamen tam earundem Xysti,  
quam Clementis prædecessoris litera-  
rum prædictarum forma, et disposi-  
tione, dicta auctoritate, tenore præsen-  
tium itidem concedimus, et respecti-  
ve renovamus. Non obstantibus omni-  
bus, et singulis illis, quæ in prædi-  
ctorum Xysti, et Clementis prædeces-  
sorum literis concessa sunt, non obsta-  
re, cæterisque contrariis quibuscumque.  
Datum Romæ apud Sanctam Mariam  
Majorem sub Annulo Piscatoris die xii  
Septembris MDCCCLXIII, Pontificatus  
Nostris anno sexto.

Expirato po-  
stremo dece-  
nio, Pontifex  
idem indultum  
ad aliud decen-  
nium confir-  
mat.



Da. die 7<sup>to</sup> Sept.  
1765. Ann. VI.

CCCLXXVI.

Confraternitas, sub invocatione Cordis Jesu, erecta in Ecclesia Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia in Civitate Limana, confirmatur, et quatenus opus sit de novo erigitur cum facultate condendi statuta, recipiendi legata, et cum elargitione indulgentiarum.

Clemens Papa XIII.

Ad perpetuam rei memoriam

Preces porrectas pro confirmatione hujusmodi Confraternitatis.

§. 1. **P**astoris æterni, qui pro Gregis salute in Ara Crucis immolari voluit, vices, quamquam immeriti, gerentes in terris, pia Christifidelium salutem concernentia, ad exauditionis gratiam libenter admittimus, ut per operum piorum exercitium, ad æternæ beatitudinis gaudia pervenire mereantur. Cum itaque, sicut accepimus in Ecclesia sub titulo Jesu Civitatis Limanæ, dilectorum filiorum Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum, una pia, et devota utriusque sexus Christifidelium Confraternitas sub invocatione Cordis Jesu canonice erecta, et instituta fuerit, cujus Confratres, et Sorores nonnulla pietatis, et charitatis opera explere, et exercere soleant, et pergant; ea vero quæ a Sede Apostolica approbantur, et confirmantur, firmiter sint, et exactius ab omnibus observentur. Ideo pro parte dilectorum etiam filiorum Officialium, et Confratrum Confraternitatis prædictæ, Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus erectioni, et institutioni prædictis, Apostolicæ confirmationis robur adiacere, et ut Confratres et Consorores in hujusmodi piis, et salutaribus operibus ferventiores, et alacriores, ad Divini nominis laudem, et gloriam, hæresumque extirpationem, et Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltationem de cætero persistent, indulgentias, et gratias Spirituales quibus aliæ Confraternitates in Ecclesiis Fratrum ejusdem Ordinis sub quocumque titulo, et invocatione, quavis auctoritate erectæ, sive aggregatæ, et unitæ gaudent, communicari, aliisque in præmissis opportune providere summopere cupiunt.

Pontifex porrectas preces excipit, erectionem Confraternitatis confirmat, et approbat.

§. 2. Nos igitur, qui devotionis, et piorum operum ad Divini cultus incrementum, nec non animarum salutem, sinceris desideramus affectibus, eosdem Officiales, et Confratres speciali-

bus gratiis, et favoribus prosequi volentes, ei eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurserunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, erectionem, institutionemque dictæ Confraternitatis, sub invocatione Cordis Jesu, in dicta Ecclesia eorumdem Fratrum Minorum Sancti Francisci Civitatis Limanæ, quatenus canonice, sicut præmittitur, factæ fuerint, Apostolica auctoritate, tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiacimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus.

§. 3. Et nihilominus in præfata Ecclesia unam utriusque sexus Christifidelium Confraternitatem, quæ non sit pro hominibus unius specialis artis, sub invocatione Cordis Jesu, cujus Confratres processionaliter incedere, divinaque Officia decantare, se se congregare, et cætera, quæ per Confratres aliarum Confraternitatum fieri solent, facere libere, et licite valeant, sine alicujus præjudicio, et dummodo Ordinarii loci ad id accedat assensus, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, perpetuo erigimus, et instituimus, nec non Confratribus dictæ Confraternitatis pro tempore, et nunc existentibus, ut quæcumque capitula, statuta, decreta, et ordinationes pro salubri eorum; et dictæ Confraternitatis gubernio, et directione necessaria, et opportuna, licita tamen, et honesta, ac Sacris Canonibus, et Concilii Tridentini decretis non contraria, per Ordinarium loci tamen examinanda, et approbanda, facere, condere, et edere, illaque pro tempore, prout eis videbitur, et expediens fuerit, prævia tamen examinatione, et approbatione hujusmodi mutare, alterare, corrigere, et in melius reformare.

§. 4. Ac insuper omnia, et singula legata, relicta, res, et bona quomodolibet qualificata, mobilia, et immobilia per quoscumque Christifideles dictæ Confraternitati, per viam testamenti, donationis, aut alias quomodolibet data, donata, et relicta, recipere, illius Officiales, et Deputatos regere, gubernare, et administrare, ac in ipsius Confraternitatis, ac piorum operum usus convertere, ita ut de receptis,

Imo quo validius subsistat, eandem de novo erigit, cum facultate condendi, et reformandi Statuta, ab Ordinario tamen approbanda.

Itemque facultatem illi facit recipiendi legata, cæterasque Christifidelium largitiones, illasque per suos Officiales administrandi juxta tamen Tridentini Decretum.

et administratis per eos, Ordinario loci hujusmodi, juxta decretum dicti Concilii Tridentini rationem reddere teneantur.

Confratribus  
communes reddit  
omnes Indul-  
gentias, et gra-  
vias, queis gau-  
dent Sodalita-  
tes omnes erec-  
tæ in Ecclesiis  
Fratrum hujus  
Ordinis.

§. 5. Ac prædictæ Confraternitatis Confratribus, et Consororibus nunc præscriptis, et pro tempore quodcumque describendis, ut omnibus, et singulis Indulgentiis, et gratiis spiritualibus, quibus aliæ Confraternitates, seu Confratres, et Consorores in Ecclesiis eorundem Fratrum Minorum, sub quocumque titulo, causa, et ratione erectæ, et institutæ, sive per aggregationem, unionem, et communicationem gaudent, et gaudere possunt, et poterunt in futurum, pari modo, et absque ulla prorsus differentia uti, frui, et gaudere libere, et licite possint, et valeant, auctoritate, et tenore præsentis concedimus, et indulgemus.

Clausula su-  
blata, et decre-  
tum irritans.

§. 6. Decernentes, easdem præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quodcumque spectabit plenissime suffragari, sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decima tertia Septembris Millesimo Septingentesimo Sexagesimo Tertio, Pontificatus Nostri Anno Sexto.



CCCLXXVII.

Dat. die 17. Se-  
ptember 1765.  
Anno VI.

De Ecclesiæ Gallicanæ malis congruenti Episcopo Lodeviensi, significat, Apostolicam Sedem omni cura studuisse ad mala ipsa removenda, et fortitudine pari paratam esse in Religionis defensione.

*Literas Narbonensi Episcopo directas super observantia Encyclicæ Benedicti XIV, de qua in præsentis sermone est, retulimus hujus Continuat. Tom. I. sub Num. CXXVI. pag. 301. Itemque alias 9. Junii 1762. hic pariter memoratas, habes hoc Tom. II. sub. Num. CCLXXXII. pag. 247.*

Venerabili Fratri Joanni Felici Henrico Episcopo Lodeviensi.

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam benedictionem.

§. 1. Ingravescere in die Gallicanæ Ecclesiæ mala attulerunt ad Nos litteræ tuæ datæ die xv. Mensis Junii proxime elapsi, quæ idcirco Nostrum non modo renovarunt dolorem ex misero istius Ecclesiæ statu susceptum, sed etiam vehementius refricaverunt. Miserandam sane Nobis offers in isto Regno Catholicæ Religionis faciem, ut nihil quidquam boni jam sit sperandum ex iis consiliis, quæ usque ad hunc diem sequuti sumus, et nisi Deus ægrotos animos, efficacia remedia recusantes, veræ curationis cupidos faciat, verendum est, ne ingravescente in dies malo, Dei cultum funditus isthic convulsum; omnemque pietatem profligatam, ac perditam, aliquando simus deploraturi. Quod non ex tuis modo, sed aliorum etiam complurium Gallicanorum Episcoporum literis intelleximus, cum verbum Dei a multo tempore Baii, Jansenii, et Quenellii erroribus isthic adulteratum boni omnes graviter quererentur, nunc eorum voces per pacis constituendæ causam compressæ: profanorum hominum manus in Arcam Domini injectæ: pro lubitu laicorum, administrata Sacramenta; objectum canibus Sanctum: omnis Religionis cultus seculari subditus potestati; sacramentorum rerum Antistites partim in exilium pulsî, partim pignoribus capti, omnique minarum genere perterrefacti a suis quisque Grege pascendo pene amoti:

Suum dolorem  
exprimit pro  
melis quibus  
Gallicana Ec-  
clesia grassatur,  
malæque  
ipsa non sine  
moerore dimi-  
merat.

inferiores ministri, qui ad has Ecclesiae injuras, vel hiscere sint ausi, in carcerem detrusi, aut solum vertere coacti; universae denique Gallicanae Ecclesiae injecti compedes, durissimumque jugum impositum servitutis.

Tantum malorum causa a nova quadam inducta Philosophia repetenda est.

§. 2. Has vero tantas, tamque graves Ecclesiae clades agnoscimus eorum rudimenta fuisse malorum, quae scribit Fraternitas tua in vos irruisse. Novam quamdam Philosophiam sese extulisse ais, quae nostra mysteria funditus everit, Sacrarum scripturarum elevat fidem, hominem ad brutorum animantium deprimat conditionem; inter iniquum, et æquum per eam ademtum omne discrimen, recta morum norma sublata; cupiditates omnes non modo prohantur, sed tamquam humanae felicitatis vel ministræ, vel effetrices collandantur, vitisque omnibus, quod consequi oportet, fræna detracta: a suo, unde orti sunt principio, et ab eo fine, quo suum exitum referre debent, homines abducuntur, quæ in hac rerum universitate summæ potentiae, sapientiaeque luculentissima apparent indicia, ab iis considerandis avertuntur, et quæ inde argumenta summi Dei, qui omnia genuit, et regit, pia trahit admiratio, superstitionum hominum habentur deliramenta; hinc omnis Deo cultus eripitur; Jesu Christi, ejusque Apostolorum divinae missioni illuditur; miraculorum veritati, quæ missionem illam confirmant, irridetur; universae denique Christianae Religioni, per hujusmodi flagitiosissimam philosophandi rationem, horrificum bellum indictum.

Religione subversa ab impiis novatoribus, temporalis cuiuscumque potestatis ruina sequi ex necessitate debet.

§. 3. Qua Religione, si fieri posset, sublata, ad evertendum regale solium, nefarii homines, quo potissimum spectant, aggressi, singularem quemdam, et a præjudiciis vacuum erga patriam prætexentem amorem, ab hominum societate legitimam omnem removerit subjectionem, nec plus esse Regem docent, quam ejus potestatis ministrum, quam a populo acceperit, eumque Regale solium, sibi firmum fore eatenus posse considerare, illique tamdiu populum debere obedientiam, quoad illius pacti servetur fides, quod comminiscuntur vicissim inter se Regem et populum pepigisse.

Tanta spirituum, et temporalium rerum jactura, potissimum origine ducit a Jansenii sectatoribus.

§. 4. Quæ teterrimarum opinionum monstra quærit Fraternitas tua unde tandem prodierint; nec absurde existimas, ea tunc e latebris suis eripuisse, cum Janseniani præfracta frontè, nullo quo divini, humanique juris respectu, Ecclesiae auctoritatem, Regiamque po-

testatem palam contemnere, ac pro nihilo habere sunt ausi. Quam hæresim qui sequuntur, eorum imaginem, satis antea Nobis notam, in epistola tua vidimus expresse depictam; subdola eorum ingenia; Regiæ potestati infensissimum animum, et Ecclesiae divinam auctoritatem acerbissimum odium; falsum zelum et hypocrisim, temeritatem, simulationem, arrogantiæ; qui eo venerunt audaciæ, ut teterrimum hujus hæresis monstrum, quo tanta in Ecclesiam injecta est clades, et vastitas, dictare audeant, dictitare audeant merum esse phantasma, atque ita Romanis Pontificibus gloriosissimis prædecessoribus Nostris, et universae Ecclesiae summam faciunt injuriam, quasi imaginarios errores, anathematis gladio percusserint. Hi profecto despectui habita Apostolica Sede, contemptis primariis Pastoribus, et universae Ecclesiae jugo excusso, eam viam patefecerunt, in quam complures ingressi, contractis omnibus auctoritatis divinae repagulis, hæc illac temere exultantes, ingenioque tantum suo indulgentes, ex uno in alium usque deteriorem prolabantur errorem, et divinae lucis exportes, quæ non alibi, quam in Ecclesia Dei colucet, absurdissimas quasque, et a communi sensu abhorrentes amplexi sententias, Deum denique ejusque cultum funditus sustulerunt.

§. 5. In qua Religionis clade, sacrarumque rerum vastitate, Fraternitas tua Nostram opem implorat, Nostrumque esse ais, Apostolicam vocem tandem emittere, utque ad hæc mala, si fieri potest, sananda alacriores accedamus, tuam, Venerabilis Frater, tuorumque fere omnium Collegarum summam promittis erga Nos, et Apostolicam Sedem nunquam defuturam fidelitatem, et in arripiendis, exequendisque, quæ daturi simus consiliis, alacritatem, fortitudinem, atque constantiam: quaecumque enim viam ingrediamur ad amovendam ab Ecclesia Dei tantam injuriarum molem, scribis, Nostra pressuros vos esse vestigia; nec fas esse, ais, Nobis; vobisque cessare diutius; verendumque ne cunctantes sua cujusque nostrum conscientia negligentia Nos insinulet, et ignavia.

In tanta Religionis clade, Apostolicam implorant auxilium Galliarum Episcopi, propriam promittentes fidelitatem.

§. 6. Flagrantissimum hunc zelum tuum, Venerabilis Frater, vehementer amamus, et in angoribus, quos e tantis Ecclesiae malis te suscipere ostendunt literæ tuæ, acerrimas curas Nostras, et sollicitudines recognoscimus. Idem enim qui Fraternitatem suam continuus Nos nitit dolor, cura in felle

Gallianorum Anstium zelum Pontifex commendat, et maximam collocat spem in Gallicæ Nationis pietate contra exiguum impiorum numerum.

amaritudinis, et in obligatione iniquitatis videmus esse tam multos in eo Regno, in quo vera pietas, et Religionis studium, et in Apostolicam Sedem præcipua devotio haud ita pridem ubique maxime floruit. De quo Regno assidue cogitantibus, illud Nobis in mentem venit Prophetæ: *indicam afflictionem super locum istum, ita ut omnis, qui audierit illam, tinniat aures ejus.* In qua cogitatione, atque adeo gravissimo metu, ne suas suæque Ecclesiæ injurias aliquando Deus publico expiare velit exitio, plane Nostra viscera contremiserunt; quamquam ea spe recreamur, futurum ut Deus, qui vel propter decem justos Abrahamo professus est omnes dimissurum incolumes, Regnum istud ab omni calamitate prohibeat, cum præsertim Nationis vestræ pars longe maxima, avitæ Religionis tenax, et in vera permanens pietate, Catholicæ Ecclesiæ firmissime adhæreat.

§. 7. Sed omissis querelis, videant Venerabiles Fratres Gallicani Episcopi, ad hanc propulsandam ab Ecclesia calamitatem, quid afferre possimus auxilii. Si quæ in hac re tu, et Collegæ tui consilia habeatis, quibus Nostra adjuvari queat deliberatio, Nobis indicare ne gravemini; id enim suscipimus alacriter, quod efficacissimum existimabimus, et aptissimum. Propter Sion non tacebimus, nec quiescemus unquam propter Hierusalem. Pastoralis Nostræ sollicitudinis, ab ipsis Pontificatus Nostræ primordiis, non obscura dedimus argumenta. Encyclicam felicis recordationis prædecessoris Nostræ Benedicti XIV Nostris ad Venerabilem Fratrem Carolum Archiepiscopum Narbonensem, Parisiis complurium Gallicanorum Episcoporum conventui Præsidem die xvii Martii anno MDCCLX datis literis confirmavimus. Decisio illa, quam enixe flagitastis ab Apostolica Sede, quam cupide expectastis, quam omni animi submissione recepistis, executioni ut mandarentur, vehementer optavimus; quam tamen dolemus apud vos adhuc omni prope vi carere, nec minus sæpe quam antea hominibus auctoritatis Ecclesiæ contemptoribus, et Constitutioni: *Unigenitus*: notoriæ refrantibus, Sacramenta sacrilege administrari ingemiscimus. Utinam illuc tantummodo atroces ejusmodi profanationes referre possemus, quod Sacris Ministris Magistratus seculares omnem ademerint libertatem. Sed dissimulare minime possumus, politicas artes adhibitas, et innumeras excogitatas esse cavillationes ad obscurandam

ejus decisionis lucem, ejusque robur omne tollendum infringendumque. Messanguianum Cathecismum Baij, Jansenii, et Quinelli scatentem erroribus, summa si a quibus minime oportebat, propugnatum, nihil illis deterriti angoribus, quibus Nos implicandos esse prospiciebamus, Apostolico mucrone confodimus.

§. 8. De injuriis Ecclesiæ illatis a sæcularibus Gallicani Regni Curii, quæ Institutum Societatis Jesu temere sunt ausæ velut impium proscribere, judicium tulimus, quod prudentia quadam nondum prolatum in vulgus, nil reliquum est, quam ut ex hac sacra B. Petri Cathedra promulgemus. Literas dedimus die ix Junii anni MDCCLXII ad Gallicanos Episcopos, qui Parisios convenerat de tot tantisque vestrarum Ecclesiarum ærumnis deplorantes; in quibus præsertim querebamur de pellendis toto Regno Clericis Regularibus Societatis Jesu agitari consilia, quæ literæ sanè nimis incommode accidit ut non redderentur; itaut iisdem, quasi aliunde, quam a Nobis venerint, non veluti fictis, et apocryphis fides, et auctoritas derogeretur. Scripsimus semel, iterum, ac tertio ad Christianissimum Regem, ut Majorum suorum clarissimorum Regum exemplo, Religionem e suo Regno jam jam prope abeuntem, retinendam curaret, nec ab impiis hominibus, qui ad eam excidendam conjurarunt, labefactari diutius pateretur. Memoratos Clericos Regulares Societatis Jesu, quos sanctificandis fidelibus, et Catholicæ Fidei defendendæ in suis quisque Diocesis vos Episcopi adhibebatis, Regiæ illius pietati commendabamus; qui respondit laboranti Ecclesiæ se venturum auxilio; et ad postulationes Nostras ostendit, se propensissimum animum gerere: sed egregiam ejus voluntatem, de qua nunquam dubitamus, neque adhuc fas esse ducimus dubitare, sic permittente propter peccata Nostra irato Deo, elusam esse doluimus. Scriptum quoddam proscripsimus, quo opiniones dudum ad Sedem Apostolicam insultandam prolatae, ut dogmata ad fidem pertinentia fidelibus proponuntur; quo nihil absurdius; nemo enim non videt inde fieri, ut Gallicana a Catholica Ecclesia segregata esse videatur. Leviori quidem manu, studio pacis, scriptum illud tetigimus; sed tamen, ut æquum erat, condemnavimus; quamquam Nostra hæc mitior agendi ratio, ita isthic accepta est, ut scriptum illud ab homine conditum, qui maculam ex ea, quam reliquit Se-

Gallicanorum Episcoporum consilia exquiri Pontifex, et quæ interim egerit ad gravantia mala evellenda indiguit, licet nullæ exinde utilitates prodierint.

Commissum, quæ Apostolica Sede, et impeditur injurias Curia contra Institutum Societatis Jesu.



cta, contractam, videtur nondum bene eluisse, defensores nonnullos ex Fratribus isthic habeat, et patronos.

Episcopum hunc hortatur ut in suo zelo persistat, et concreditarum ovium custodia in vigilet dum diligentissimi adjutores fuerunt iulque dispersi.

§. 9. Hæc, quæ gessimus, idcirco Fraternitati tuæ recensuimus, ut intelligas, minime Nobis strenuum animum deesse, gratia Dei adjuvante et comite, ad ea capessenda consilia, quæ Nobis et Fraternitatibus vestris efficacissima videbuntur. Reliquum est, ut te, Venerabilis Frater, alioquin ardentem, et erectum ad defendendos Gregi tuo ingruentes morbos, nunc maxime adhortemur, cum quos ovibus vestris pascendis custodiendisque strenuos habebatis, et sedulos adjutores, iidem, bonis omnibus tantam Ecclesiæ deplorantibus cladem, a vestro latere sunt avulsi. Nec dubitamus, quin a Majoribus tuis, derivatum in venas cum sanguine, Religionis Catholicæ studium, nunc maxime præstes, cum talibus viris ad eam tuendam est opus, quales ea tulit familia, unde te ortum esse, argumento etiam esse debet tua isthæc in vera pietate, Deique honore, et gloria defendendis alacritas, atque constantia. Denique Fraternitati tuæ intimo Nostri cordis affectu Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XVII. Septembris MDCCLXIII. Pontificatus Nostri anno sexto.

Dat. die 13. Oct.  
1765. Anno VI.

### CCCLXXVIII.

Confirmatio decreti a Magno Magistro, et Consilio pleno Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani editi, super stabilimento methodi, et regulæ servandæ in smutationibus Comendæ Romanæ nuncupatæ, a Cardinali Portocarrero fundatæ.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Exponit institutio Comendæ Romanæ facta a Cardinali Portocarrero, et leges servandæ in casu vacationis dictæ Comendæ.

§. 1. **E**xponit Nobis nuper fecerunt dilecti filii Magnus Magister, et Consilium Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, quod hoc me: Joachimus Ferdinandus, dum vixit, Episcopus Sabinensis S. R. E. Cardinalis Portocarrero nuncupatus, ut specimen sui affectus, quem erga dictum Hospitale, in quo alias, prævia super defectu ætatis ad id requisitæ, quam tunc nondum attingerat, dispensatione, inter Fratres mili-

tes de Justitia canonice receptus fuerat, et sua obsequia juxta præscriptum per illius statuta, seu stabilimenta, et Ordinationes Capitulares, auctoritate Apostolica confirmatas, præstiterat, in quocumque statu gerere perregerat, relinqueret, in suo sub quo ab humanis decessit, vigore indulti sibi a fel: rec: Benedicto Papa XIV. prædecessore Nostro concessi condito Testamento, suum hæredem universalem, declaravit, et instituit commune ærarium ipsius Hospitalis, onere tantum ipsi ærario juncto, quædam legata ab ipso Joachimo Ferdinando Episcopo, et Cardinali Testatore volita, ac expressa adimplendi, et satisfaciendi, nec non unam Præceptoriam, seu Commendam Romanam nuncupandam, seu Urbis, primum ab altero ex Fratribus militibus expresse Professo dicti Hospitalis ab eodem Joachimo Ferdinando Episcopo Cardinali Testatore nominato, et electo, sua vita naturali durante fruenda, et deinde smutienda, post obitum dicti Fratris militis nominati, primum in Lingua Castellæ, postmodum in omnibus aliis Linguis memorati Hospitalis, juxta earum ordinem foundationis, et erectionis, hac conditione expressa, quod si Magnus Magister pro tempore existens ejusdem Hospitalis, tempore vacationis dictæ Præceptorie, seu Commendæ, ut præfertur, erigendæ, Præceptoriam, seu Commendam ex præminentia, et gratia sua Magistrali in ea Lingua, ad quam turnus nominandi spectaret, nondum contulisset, eo casu, eandem Præceptoriam, seu Commendam Romanam, seu de Urbe, postquam erecta fuisset, alicui ex Fratribus militibus habili, et capaci, debitique requisitis prædito, et dictæ Lingue præmerito pro sua præminentia, et gratia magistrali conferre valeret; ac insuper voluit, et expresse declaravit dictus Joachimus Ferdinandus Episcopus Cardinalis, et Testator, quod dicta Præceptoriam, seu Commendam Romanam, seu de Urbe, postquam erecta fuisset, ob quemcumque casum, etiam fortuitum vacavisset, seu vacare posset in Alma Urbe, seu in Romana Curia, per obitum cujuscumque possessoris, seu Præceptoris, aut Commendatarii vacare contigisset, nunquam illa compræhensa existeret in legibus, seu in reservationibus, et affectionibus Apostolicis, vacationis apud Sedem Apostolicam, et apud eandem Curiam, et ad hunc effectum, in dicto Testamento Nobis supplicavit, quatenus Indultum, ac declarationem prædictam de beni-

gnitate Nostra Apostolica concedere dignarunt, et alias prout in dicto Testamento plenius dicitur contineri.

§. 1. Postmodum tunc existentes Procuratores Aerarii prædicti, ad erectionem, fundationemque sic volitæ Præceptorie, seu Commendæ, devenerunt, ac Nobis supplicari fecerunt non solum pro confirmatione erectionis, et fundationis illius, verum etiam pro exemptione, ut eveniente illius vacatione in Romana Curia per obitum cuiuscumque Præceptoris, seu Commendatarii, ejusmodi Præceptorie, seu Commendæ sic vacantis illius collatio semper ad easdem Linguas, juxta earum turnum spectaret, et illius vacatio apud eandem Sedem nunquam compræhensa existeret, et intelligeretur in reservationibus, et affectionibus Apostolicis, eaque de causa, Nos per quasdam Nostras in simili forma Brevis expeditas Literas, præmissa omnia confirmavimus, et approbavimus, dictamque Præceptoriam, seu Commendam a quibusvis reservationibus, et affectionibus Apostolicis, etiamsi illa per obitum cuiuscumque personæ in Curia prædicta, et apud Sedem prædictam vacasset, eximimus perpetuo, et liberavimus, et alias prout in dictis Nostris Literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expressum, et insertum haberi volumus, prout fusius continentur.

§. 3. Nuper vero cum mature perpensum sit, quod fundatio, et erectio sæpèdictæ Commendæ, seu Præceptorie nonnullis explicationibus indigebat, ad effectum evitandi multa dubia, fastidiosasque lites, quæ tractu temporis, habita ratione ad eandem Præceptoriam, seu Commendam, oriri possunt, prævia tamen intelligentia, et approbatione dicti Magni Magistri, in eodem Consilio pleno, dictæ explicationes, instante Lingua Castellæ, et Portugallie, prævia relatione quatuor Commissariorum, qui Procuratores omnium Linguarum dicti Hospitalis in præmissis interesse habentium prius audire curarunt, peractæ, et admittæ fuerunt, dictusque Magnus Magister, et Consilium illas approbarunt, et confirmarunt, tenor autem præmissorum omnium est, qui sequitur, videlicet.

Frater Emmanuel Pinto Dei gratia Sacre Domus Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, et militaris Ordinis Sancti Sepulcri Domini Magister humilis, Pauperumque Jesu Christi Custos, Universis, et singulis præsentibus Nostras Literas visu-

ris, lecturis, et auditoris salutem: Notum facimus, et in verbo veritatis attestamus, qualiter infrascriptum decretum extractum fuit ex Libro Conciliorum in Cancellaria Nostra conservato, in quo similia notari, et registrari solent, quod quidem in hanc publicam formam extrahi, et redigi jussimus, ut ubique tam in iudicio, quam extra, eidem plena, et indubia fides adhibeatur, cujus tenor est, qui sequitur, videlicet. Die XXI. Mensis Augusti 1763. Eminentissimus, et Reverendissimus Dominus Magnus Magister, et Venerabile Concilium unanimiter inherentes infrascriptæ relationi, et voto Reverendissimorum Commissariorum die XXIII. elapsi Junii deputatorum pro stabilenda methodo, et regula servanda in smutationibus Commendæ Romanæ, hujusmodi relationem, et votum cum declarationibus ibidem contentis confirmaverunt, atque approbaverunt, et ita exequi mandaverunt.

Eñno Sig. e Sag. Consesso

» Onorati della commissione di esaminare e riferire all'Eminenza Vostra, ed a questo Sag. Consesso, con il nostro sentimento, il contenuto nel memoriale della Veneranda Lingua di Castiglia, o Portogallo, con il quale domanda la spiegazione di alcuni dubbj, che nascer potrebbero nelle smutizioni della Commenda di Roma, fondata dalla fel: me: dell' Eñno Cardinal Portocarrero, ad oggetto di prevenire, mediante la spiegazione dei medesimi, emanata dalla Suprema autorità dell' Eminenza Vostra, e di questo Sagro Consiglio in forma di legge invariabile, qualunque sorte di differenze, e litigi fra le Venerabili Lingue, alle quali deve, secondo l'ordine prescritto, nella fondazione appartenere il godimento di detta Commenda: ci siam radunati in Cancellaria, e dopo di avere comunicato il ricorso sudetto a tutte le Venerabili Lingue, come si è compiacciuta di prescriverci, rilevammo dalle loro deliberazioni, con reciproca soddisfazione, il commune concorso a sì salutevole intento, e dai suggerimenti somministratici dalle medesime, combinati con il tenore della fondazione, parimenti da noi esaminato con attenzione, per rilevare per quan-

Tenore relationis, et voti Commissariorum in supraexpresso decreto approbati

Sacer Militaris Ordo Melitenensis Commendati supra institutum erexit et fundavit, atque Apostolicam dispensationem obtinuit in casu vacationis in Urbe.

Ad evitandas quascumque controversias in casu vacationis, prævia relatione Commissariorum quatuor Linguarum, Magnus Magister Ordinis, et Consilium, norinas a Commissariis prædictis propositas confirmarunt.

Tenore Decreti Magni Magistri, et Consilii Ordinis.

» to ci fu possibile la vera intenzione  
 » del fondatore, ci lusinghiamo, che  
 » mediante la dichiarazione, che qui  
 » abbiamo l'onore di proporre, si darà  
 » non solo il necessario scioglimento  
 » ai dubj esposti, ma anche ad altri,  
 » che le Venerabili Lingue ci hanno  
 » fatto accorgere meritare eguale  
 » provvidenza, per ovviare per quanto  
 » si puole ogni motivo di futura dis-  
 » scordia.

» In primo luogo dunque siamo  
 » di sentimento, che mentre dura il  
 » Mortorio, e Vacante di quella Va-  
 » canza, che ha dato luogo alla smu-  
 » tizione della Commenda sudetta, non  
 » s'intenda consumato il diritto di quel-  
 » la Lingua, che l'ha smutita: di mo-  
 » do che, se il provisto di essa passa  
 » all'altra Commenda, muore, la las-  
 » cia, o la perde in qualsisia man-  
 » niera, prima di essere entrato in ren-  
 » dita, si deve di nuovo smutare nella  
 » medesima Lingua: Come ancora, se  
 » conferita da Vostra Eminenza per  
 » grazia Magistrale in quella Lingua,  
 » alla quale per suo turno toccasse det-  
 » ta Commenda, ed il provisto mor-  
 » risse, durante il Mortorio, e Vacan-  
 » te, dovrà similmente non intender-  
 » si consumato il diritto di quella Lin-  
 » gua; onde si smutirà nella medesi-  
 » ma, se pure l'Eminenza Vostra non  
 » si trovasse di nuovo in grazia; E ciò  
 » per essere più verosimile secondo la  
 » mente del fondatore, che non basti  
 » la sola smutizione, o provista sem-  
 » plice, mà che ogni Lingua goda a  
 » suo giro l'effettivo vantaggio della ren-  
 » dita.

» Stabilito per base questo prin-  
 » cipio, deve risultare conseguentemen-  
 » te, che ogni qualvolta per la vacan-  
 » za di detta Commenda, vi sarà luo-  
 » go a nuovo Mortorio, e Vacante, deb-  
 » ba intendersi consumato il diritto di  
 » quella Lingua, e la smutizione si farà  
 » nella Lingua immediata: ed il me-  
 » desimo succederà, se il titolare la las-  
 » cia, dopo il godimento di cinque  
 » anni per migliorare in altra Com-  
 » menda.

» Se nella Lingua, alla quale spet-  
 » terà la smutizione non si troverà nes-  
 » sun Cavaliere capace per conseguirla,  
 » dovrà rimanere sospesa durante il Mor-  
 » torio, e Vacante, partecipandosi alle im-  
 » mediata Veneranda Lingua il motivo di  
 » tale sospensione, e se durante tal tem-  
 » po non si renderà nessuno capace,  
 » perderà quella Lingua, per quel turno  
 » la sua nomina, senza poterla riacquista-

» re se non al nuovo giro, e la smu-  
 » tizione passerà alla Veneranda Lingua im-  
 » mediata: ma se durante tal tem-  
 » pata, si ren-  
 » desse alcuno capace, il quale faccia  
 » istanza per la smutizione, si dovrà  
 » intimare la Lingua immediata, affi-  
 » chè produca in Cancellaria contro  
 » quello, che fa istanza per la smuti-  
 » zione, le eccezioni, che talvolta stime-  
 » rà d'aver contro la di lui capacità nel  
 » termine di giorni 15, ad effetto di es-  
 » sere giudicate da Vostra Eminentia, e da  
 » questo giudizio per sapere, se deb-  
 » ba seguire la smutizione nella prima  
 » Lingua per la dichiarata capacità dell'  
 » anziano che ne ha fatto l'istanza,  
 » o se deve passare alla Lingua im-  
 » mediata per la di lui dichiarata inca-  
 » pacità: ma comechè per causa di  
 » tale giudizio potrà facilmente darsi il  
 » caso, che la smutizione in una, o  
 » nell'altra Lingua non possa seguire,  
 » se non dopo spirato il Mortorio, e  
 » Vacante, si dovrà sempre intendere il  
 » provisto entrato in rendita dal primo  
 » Maggio immediato al medesimo Mor-  
 » torio, e Vacante.

» Similmente giudichiamo ne-  
 » cessario per troncare molti capi di  
 » differenze, il dichiarare, che detta  
 » Commenda, comechè comune a tutte  
 » le Venerande Lingue, debba sempre  
 » intendersi vacata in Convento.

» Per lo stesso motivo devono es-  
 » ser proibite ogni specie di permute  
 » con detta Commenda, quali non po-  
 » trebbero seguire senza grave pregiu-  
 » dizio delle altre Lingue, salve però  
 » sempre le preminenze, e diritti dell'  
 » Eminentia Vostra.

» Questo è quanto crediamo di  
 » dovere umiliare a Vostra Eminentia, ed  
 » a questo sagra Consiglio, stimando,  
 » che mediante tale dichiarazione si ab-  
 » bia da conseguire il pacifico intento  
 » da tutte le Lingue egualmente desi-  
 » derato; e nel mentre sottomettiamo  
 » il tutto al più illuminato, e subli-  
 » me giudizio dell'Eminentia Vostra, e di  
 » questo sagra Consiglio, le facciamo  
 » profondissimo inchino.

» Di Vostra Eminentia

Umī Devmī Obgmī Ser. e Relig. Ubīd.  
 Il Fr. Procuratore Consigliere D. Miguel  
 Doze = Fr. J. B. di Scawenburg Consi-  
 gliere Procuratore d'Alemagna.

H. Balivo di Torino Canaviglia = Le Bail-  
 ly de Saint Simon

» Et quia se habet veritas; ideo  
 » in hujus rei testimonium Bulla Nostra  
 » Magistratis in cera, presentibus est  
 » impressa; Datum Melite in Conven-

» tu Nostro, die, mense, et anno supra predictis » Registrato in Cancellaria  
 Loco † Signi  
 Baiulus Aquilæ Fr. Franciscus Guedes  
 Vicecancellarius

Supplicante  
 Magno Magistro, et Consilio Ordinis pro supra relati decreti confirmatione, Pontifex illud approbat, et observari mandat.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subungebat, exponentes prædicti præmissa omnia, quo firmiter subsistant, et serventur exactius, Apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communituri summopere desiderent. Nos piis eorumdem exponentium, votis hac in re, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere cupientes, eosdemque exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis, censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus Nobis eorum nomine humiliter porrectis inclinati, præinsertum decretum, a dictis exponentibus pro stabilienda methodo, et regula servanda in smutationibus Præceptoris, seu Commendæ Romanæ a dicto Joachimo Ferdinando Episcopo Cardinali, et Testatore fuadata editum, ac declarationibus in eo contentis, et expressis, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robor adiiicimus, omnesque juris, et facti defectus, si qui desuper intervenerint, supplemus, et sanamus.

Clausula su-  
 blata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes, easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, snosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quancumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Iudices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, cæterosque ejusdem Sedis Officiales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Hospitalis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis, ac Or-

inationibus Capitularibus; privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum in Arce Gandulphi sub Annulo Piscatoris die decima tertia Octobris millesimo septingentesimo sexagesimo tertio, Pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXIX.

Dat. die 22 Oct.  
 1763. An. VI.

Sanctæ Sedis reprobationem exprimit Archiepiscopo Genuensi pro arbitraria expulsionem Religiosorum Ordinis Servorum Beatæ Mariæ, jussu Senatus Genuensis, ab Universa Reipublicæ ditione, prælaudatumque Archiepiscopum hortatur, ut pro viribus obstat, tantæ Religioni illatæ injuriæ.

Venerabili Fratri Josepho Archiepiscopo Genuensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
 et Apostolicam benedictionem

§. 1. Quæ adversus Ecclesiam, et Apostolicam Sedem Senatus Genuensis modo commisit, tristis hac paulo antepertulerat fama, quam Fraternalitatis tuæ literæ Nobis redderentur. Ita ne vero homines veteris pietatis esse oblitos, quam majores eorum tantopere coluerunt? Adeone descivisse ab ea devotione, quam Ecclesiæ, et Romano Pontifici semper exhibuerunt, ut jam videatur nullus iis esse jocus Indusque jucundior, quam Sanctæ Matris divinam potestatem opprimere, et Apostolicæ Sedi acriores usque afferre ægritudines? Modo enim quid designarunt? Religiosos Viros Ordinis Servorum Beatæ Mariæ ex omni Reipublicæ Genuensis ditione per vim expulerunt; cujus violentiæ quem non pu-

Dolet quod Senatus Genuensis, cæteroque veteris pietatis, arbitrarie expulserit ex omni Reipublicæ ditione Religiosos viros Ordinis Servorum Beatæ Mariæ.

deat, et maxime pigeat, eum oportet esse legum, humanique omnis juris prorsus expertem.

Summa rebolet  
injustitia eum  
poena plecti,  
qui culpa vacat.

§. 2. Constat enim inter omnes Nationes, quæ paullulum habeant humanitatis, nullum esse pænæ locum, unde absit culpa; nec fas esse ab iis, qui peccato careant, peccati pœnas sumere. Quæ vero in re peccavit Generalis Ordinis Servorum Beatæ Mariæ? Aut quid tam male de Republica meruit, ut illius factum tanta acerbitate voluerit Senatus ulcisci? Religiosum hominem suæ subditum jurisdictioni, facultatibus privatum, quas in bonum sui Ordinis dirigens illi antea concesserat, e Corsica in continentem revocarat. Religiosus ille majore vi, quam cui posset obsistere, in Insula detentus, Superiori suo illius reditum imperanti et flagitanti parere non potuit. Quisquam ne hujus rei culpam in Generali existimet residere? Atque illum si quidpiam peccasse ceuseamus, ea ne etiam in omnes Religiosos, qui isthinc pulsi fuere, transferenda est culpa?

Pontifex nil  
amissurum  
spopoodet,  
quod ad utilitatem  
regat  
populorum  
spiritualibus  
adjumentis a  
Laica potestate  
destitutorum.

§. 3. Nos vero quo tendat Senatus Genuensis consilium, et nunc quid præcipue moliatur, satis assequimur; qui obliquas etiam persequitur vias, ut Insulani illi spirituali omni auxilio destituantur; atque omnia, tum quæ ad Religionem, tum quæ ad regularem pertinent disciplinam, perturbentur et misceantur. Verum de spiritali earum animarum bono, æque ac de cætero Christi grege, Nobis divinitus commisso solliciti, nihil reliqui Nobis faciemus ad earum custodiam et curam; omnesque Religiosorum hominum Ordines, quos in excolendo Dominico agro Romani Pontifices prædecessores Nostri pararunt sibi adiutores, ad earum salutem Nobiscum sedulo procurandam, semper adhibebimus. Et Nostri quidem muneris esset, potestate clavium adhibita, quam a Christo Domino accepimus, devios, et præcipientes filios ad saniora revocare consilia, sed ne nunc quidem volumus a certa quadam moderationis lege discedere, quam in omnibus actionibus Nobis ipsi præscripsimus; animumque induximus patienter expectare, dum Pater misericordiarum Deus, obductam eorum animis caliginem, divina luce sua discutiat, ut veram viam respiciant; qua ad sinum Patrisfamilias ipsi tandem redeant sponte sua, et cum eo quiete pacateque vivant, mutua charitate, qua probi, et obsequentes Ecclesiæ filii ab improbis, et suæ maris parum amantibus internoscuntur.

§. 4. Atque idipsum est, quàmobrem nondum constituimus, ut superiores Ordinum, qui ad occupandas Domos, et Ecclesias Servorum Beatæ Mariæ sunt acciti, Religiosos quisque revocent suos, et ad proprios Conventus jubeant reverti; cum præsertim Fraternitas tua, cæterique Genuensis ditionis Episcopi, tam pravo Senatus consilio, statim non restiteritis, quominus Religiosis expulsis quisquam sufficeretur; quod tamen iisdem superioribus aliquando mandabimus, si Dei honor, et gloria, Ecclesiæque decus postulare id videatur.

Potiusquam  
clavium uti  
potestate contra  
devios filios,  
Pontifex  
implorat ut  
Deus ab inobedientium oculis  
caliginem amoveat.

§. 5. Qua quidem in re Fraternitatem tuam, cæterosque Venerabiles Fratres, quibus in ista ditione, sua cuique commissa est portio Dominici Gregis, confidimus, Episcopali munitis robore atque constantia, duros Nobiscum operam, ut jus Sanctuarii, et decus ab ejusmodi injuriis vindicetur. Nos enim, quos Deus Ecclesiæ suæ custodes posuit, et Pastores, si inani metu perterrefactos ita deficiat animus, ut in conspectu Principum, et coram Potestatibus sæculi eo uti sermone, qui exire debet ex ore Sacerdotum, et zeli veritatisque vocem nequeamus emittere; num quisquam alius existet, qui pro Nobis dicat, et causam suscipiat pro domo Domini? Id enim vero Nostrum est munus præcipuum, cui exequendo te, Venerabilis Frater, promptum, ut opinamur, et paratum adhuc eo acrioribus cohortationis Nostræ stimulis excitandum existimamus, quo a Sacris Pastoribus, turbulentissimi hujus temporis iniquitas, majorem efflagitat vigilantiam, stremitatem, atque constantiam. Omnium vero curarum, et sollicitudinum, quibus in hac causa te objectum esse perspicimus, maximam partem ipsi Nos suscipiemus. Nostræ promissionis pignus, Apostolicam interea benedictionem Fraternitati tuæ, intimo Nostri cordis affectu, peramanter imperitumur. Datum in Arce Castri Gandulphi Albanensis Diœcesis, sub Annulo Piscatoris die xxii. Octobris MDCLXIII. Pontificatus Nostri anno sexto.

Genuensem  
Archiepiscopum  
aliosque  
per Republicam  
ditionem  
Episcopos  
hortatur, ut  
jus, et  
deus Sanctuarii  
viudicent.



Dat. die 26.  
Octobris 1763.  
Ann. VI.

CCCLXXX.

De arbitraria prætensa suppressione Canoniorum Regularium S. Ruffi, deque causa cur Ecclesiarum auctoritatem invadere pertentent Laicæ potestates, agit cum Episcopo Tricastro-nensi.

Vide Num. CCCLXXXVI superius re-latum, et adnotationem ibi appositam.

Venerabili Fratri Petro Francisco Xaverio Episcopo Tricastro-nensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam benedictionem.

Se milacturum promittit Pontifex in hac prætensa suppressione, absque Episcoporum Provinciae consilio.

§. 1. Cum Apostolici Nostri muneris ratio Nos jubeat, incolumitatem tueri Ordinum Regularium, quos in excolendo Dominico agro Romani Pontifices, Nostri adjutores sibi constituerunt, bono esse animo debet Fraternalitas tua de Ordine Canoniorum Regularium S. Ruffi, cujus extinguendi jamdiu, initum esse consilium, ex complurium istius Provinciae Episcoporum querelis accepimus. Nihil enim in eo negotio temere agemus, sed exquiremus ea de re quid iisdem Episcopis videatur; atque omnia ad canonicas regulas examinabimus. Res enim est, ut recte mones Venerabilis Frater, imitatione exempli periculosa, et quæ auctoritatem habere potest tollendi alios Regulares Ordines, eorumque bona ad seculares usus traducendi. Sed magna in spe sumus, carissimum in Christo Filium Nostrum Ludovicum Galliarum Regem Christianissimum non repudiaturum preces, quas Gallicanus Clerus, in Comitibus superiore anno habitis, illi adhibuit, ne Ordinem illum velit extinctum.

Ex imminuta tantum in Gallia Apostolicae Sedis auctoritate repetenda est a Laicis Potestatibus illata vulnera Ecclesiasticis juribus.

§. 2. Quod scribis, Ecclesiasticam potestatem a Laicis Magistratibus his novissimis temporibus plura vulnera accepisse, Gallicana Ecclesia frustra reclamante, si Fraternalitas tua fontem exquirat, unde tantus prodierit Ecclesiae contemtus, perspiciet profecto non aliunde ortum, quam ex imminuta in vestra Gallia Apostolicae hujus Sedis divina auctoritate, quam ut vos, vel ab injuriis propugnare, vel auxilio vestro desertam volueritis, ita Laicos, aut Ecclesiae devotos, aut ejus potestatis contemtores experiemini. Cæterum zelum tuum, Venerabilis Frater, maguopere

Bull. Rom. Tom. II.

probamus, quod tantum negotium ad hanc Sacram B. Petri Sedem denunciatum volueris; nec dubitamus, quin Fraternalitas tua, si opus fuerit, ad tuendas res, et jura Ecclesiarum, Nobis, et Apostolica Sede ducibus, et auctoribus, fortem constantemque animum sit præstitura. Tibique eximiae erga te benevolentiae Nostrae pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum in Arce Castri Gandulphi Albanensis Diocesis sub Annulo Piscatoris die xxvi Octobris MDCCLXIII. Pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXXI.

Dat. die 26.  
Oct. 1763. An.  
no VI.

Sorbonicæ Societati gratias reddit pro binis voluminibus dono missis, alterum contra Berruyerum, alterum contra librum inscriptum = *Emilius* = et prælaudatæ Societatis zelum erga Religionem Catholicam comendat.

*Apostolicam Constitutionem, qua damnatur opus a Berruyero compositum sub titulo = Historie du Peuple de Dieu = retulimus hujus continuationis Tom. I. num XXIII pag. 61.*

Dilecti Filii Societatis Sorbonicæ  
Theologis, et Magistris

Clemens PP. XIII.

Dilecti Filii salutem,  
et Apostolicam benedictionem

§. 1. Bina jampridem cum literis vestris volumina accepimus, quorum alterum vestram censuram continet libri, qui inscribitur *Emilius*; alterum sententias vestras complectitur, quibus Berruyeri doctrinam confixistis. Nos, et Benedictus XIV. prædecessor Noster Berruyerana scripta jamdudum condemnavimus; et ad Nostram censuram, qua id satis assequuti sumus, ut de Fidelium manibus jam ejus libri defluerint, nihil amplius addendum existimamus, ne auctorem nunc a nemine defensum, immo desertum ab omnibus, et oblivioni datum, novo judicio Nostro, ad famæ celebritatem quodammodo revocare videatur. Cæterum censura vestra voluissimus in alia tempora, quam quæ modo sunt, incidisset. Cum enim sapientia vestra ea sit omnium existimatio, nihil vos sine ju-

Dolet quod turbidissimis temporibus Sorbonica censura contra Berruyerum in locum prodeat, dum ejus opus a Pontificia Sede proscriptum, jam ferè fuerit oblivioni datum.



dicio, et certo quodam consilio moliri, ægre tulimus, suam quemque causam comminisci, quamobrem hanc censuram hoc potissimum tempore volueritis editam. Nos quidem Religionis zelo, quo flagrantem animum geritis, vestram in hac re tribuimus agendi rationem, eodemque referendam esse magno opere velimus omnes existiment.

Sorbonicam Societatem commendat pro censura contra librum de educatione, et pro devotione erga Apostolicam Sedem.

§. 2. Quod attinet ad censuram in Emilum, sive librum de educatione, vestrum defendendæ Christianæ Religionis studium vehementer laudamus. De vestro erga Nos obsequio, et hanc Sacram B. Petri Sedem pietate, ac præcipua devotione, satis antea dedistis præclara documenta, et luculentiora adhuc vos duros modo confidimus, cum vestris in Apostolicam Sedem officiis occasionem præbent gravissimæ injuriæ, quæ nunc maxime in eam, ab hominibus Pontificiæ auctoritati Nostræ infensissimis, congeruntur. Denique a Deo Patre luminum precantes, ut ingenia vestra, Religionis, et divino cultui consecrata, semper divina luce sua collustret, universæ Societati vestræ, vobisque singulis, Dilecti Filii, paternæ, qua vos præcipuo animi Nostri sensu complectimur, charitatis pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum in Arce Castri Gandulphi Albanensis Diœcesis sub Annulo Piscatoris die xxvi Octobris MDCCLXIII Pontificatus Nostri anno sexto.



CCCLXXXII

Dat. die 9.  
Nov. 1763 An.  
no VI.

Labentis Catholicæ Religionis in Gallicis Regnis, de quo doletur Rivensis Episcopus, causam Pontifex repetit ex parum repressa Jansenistarum doctrina, et ex neglecta observantia Constitutionis *Unigenitus*.

*Hortatio hujus Pontificis ad Gallicanum Clerum, super observantia Encycli-chæ Benedicti XIV, quoad administrationem Sacramentorum, habetur in hujus continuationis Tom. I. numer. CXXXVI. pag. 301.*

Venerabili Fratri Joanni Mariæ  
Episcopo Rivensi

Clemens PP. XIII

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam benedictionem

§. 1. **S**acras res in vestra Gallia pene in extremum venisse discrimen afferunt literæ tuæ, tantamque perniciem his paucis annis ex eorum profectam esse scribis perversitate, ex effrænata dominandi libidine, quos æquum erat Religionem defendere, piosque viros suo tueri patrocinio. Superioribus Laicorum Curiis nihil jam esse sanctum, sive in rebus, sive in personis vehementer conquereris: silentium Pastoribus impositum; eorum scripta, quæ pro tuenda Religione custodiendoque commisso sibi Gregæ in vulgus ediderint, probrosis flammis in conspectu populi manu carnificis dari: convulsam radicibus Ecclesiæ potestatem: Augustissimum Jesu Christi Corpus pro laicæ potestatis libidine, notorie refragantibus Apostolico Clementis XI prædecessoris Nostri dogmatico decreto, sacrilege ministrari; ejusque Sacramenti per summum nefas pollui sanctitatem: in exilium pulsos sacros Ministros, qui se tanto scelere noluerint astringi: Clericos Regulares Societatis Jesu, Evangelicæ doctrinæ præcones, et Catholicæ veritatis propugnatores egregios, ex improviso, indicta causa, inimicorum scelere et invidia, de suo statu violenter dejectos, bonis omnibus eversos, hac illas dissipatos, et quos pietate, et doctrina conspicuos, zeloque domus Dei flagrant, dudum populi mirabantur, eos ludibrio habitos, et tamquam purgamenta hujus mundi, a potestatibus sæculi ejectos, redactosque ad eas an-

Quam sint Gallicana Ecclesiæ infortunata ex Rivensis Episcopi Epistola, Pontifex resumit.

gustias, ut fame, siti, algore sint plerique eorum interituri. In qua Religione, clade, sacrarumque rerum vastitate, non absurde aut temere metuit Fraternitas tua, ne omnis Catholica Religio in Gallia funditus pereat.

§. 2. Tantorum malorum causam, et originem fuisse non ignoras, Venerabilis Frater, Jansenianæ hæresis morbum; quem Romani Pontifices prædecessores Nostri prospicientes si inveterasset, evasurum in maximam pestem, quam maturime ad eum sanandum admoverunt manus; eaque remedia subinde adhibuerunt, quibus modo vis morbi remittere visa est, modo etiam existimatum est, omnino esse malum extinctum. Verum hæc pestis interdum ita recruduit, ut qui eam animo concepissent, medicamenta, quibus sanari possent, sint aspernati; non nunquam etiam furore quodam correpti in Medicum ipsum, licet leniter molliterque ulcus tractantem, incurrerint. Hujus lenitatis, charitatisque prædecessorum Nostrorum, itidemque Jansenianorum furoris pluribus aliis omissis exemplis, nosti, Venerabilis Frater, Benedicti XIV. decessoris Nostri que fuerit cura, ut a domo Dei malitia omni depulsa, fides caste, et integre sine cujusquam boni, beneque sentientis viri querela custodiretur. Hujus Encyclicam, tanti Pontificis sapientia dignam, flagitantibus Gallicanis Episcopis editam, ipsi etiam confirmavimus. Sed non solum plaga lota oleo, circumligata, et curata medicamine non est sanata, sed Janseniani adversus illam Encyclicam adeo atroces coorti sunt, ut nunquam furiosius in Ecclesiam, et Apostolicam Sedem debacchati esse videantur. Laicam potestatem excitarunt adversus Ecclesiam, et publicæ pacis custodiendæ prætextu, res eo deducta est, ut cum bonorum gravissima offensione, et maximo gemitu, protrita, proculcataque divina Ecclesiæ potestate, Laicorum arbitrio notorie adversantibus Constitutioni: *Unigenitus*: Sanctissima Eucharistia sacrilege præbeatur:

§. 3. Qua præcipue contumelia Deum ira commotum, suspicamur cætera mala permisisse, quibus Ecclesia vestra in tantam rerum perturbationem incidit; et confusionem. Sed quæ ineunda Nobis ratio sit, ut Gallicana Ecclesia e tantis emergat malis, non facile potest constitui. Et plures quidem zelo æque, et sapientia præditi Venerabiles Fratres Episcopi nunc paullisper cessandum existimant, dum hi motus,

quibus vestra jactatur universa Respublica componantur. Tunc enim optimi Regis vestri religione, et auctoritate adjunctis, licitum Nobis erit inflictis Ecclesiæ vulnerebus efficacia remedia adhibere. Ceterum quod Nobis consilium das, Venerabilis Frater, etsi multo antea cœpimus, eo tamen uti nondum est hujus temporis. Sermo opportunus est optimus, ait Salomon. Interea videant Venerabiles Fratres Episcopi, ne eorum concordia, qua inter se, et cum hac Sancta Sede arctissime conjunctos esse cognoscimus, quæque Ecclesiæ hostibus esse terribilis, ut Gastrorum acies ordinata, eorum fraudibus, et dolis, dissentione aliqua injecta, dissolvatur, cum maximo Ecclesiæ, atque adeo universæ vestræ Reipublicæ detrimento; tibi que omni cordis Nostri affectu, Venerabilis Frater, eximie erga te charitatis Nostræ pignus, Apostolicam benedictionem peramantur impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die IX. Novembris MDCCLXIII, Pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXXIII.

Dat. die 9.  
Nov. 1763. An.  
no VI.

Romanam Sedem nunquam a præcedentium Pontificum sententia deflexisse quoad Jansenistrum doctrinam, significat Bajonensi Episcopo, eumque hortatur ut una cum cæteris Gallicanis Episcopis unionem servet cum Apostolorum Cathedra, ab eaque constantem expectent auxilium.

Venerabili Fratri Guillelmo Episcopo  
Bajonensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam benedictionem

§. 1. Literas tuas accepimus gravissimarum plenas querelarum, quibus acrior facta est suscepta multo antea ex Ecclesiæ Gallicanæ malis animi Nostri ægritudo. Scribit enim Fraternitas tua, perniciosam litem, quæ isthic a multo tempore tantam Dominici Gregis partem corripuit, gliscere in dies magis: Catholicam sacrorum dogmatum veritatem oppressam; proculcatam Ecclesiæ auctoritatem, potestatemque divinitus violatam pollutamque Sacramentorum

Cum Bajonensi  
condoleatur  
Episcopo pro  
grassantibus in  
Gallicis Regnis  
contra Religio-  
nem persecutio-  
tionibus.

Ab Jansenistarum haud salis repressa hæresi tot malorum causa repetenda, ad quam removeendam Benedictus XIV. Encyclicam transmisit, ab hoc etiam Pontifice confirmatam.

Ex neglecta Constitutione *Unigenitus*, Divina ira commota, et perversorum hominum injuriæ adaugete, ad quas reprimendas nunc Gallicani Cleri cum Apostolica Sede tantummodo conferre potest.

sanctitatem : Pastores , qui laicorum violentiæ sint ausi resistere , repressos atque coercitos : vobis denique nihil esse reliquum spei , quam in hac Sacra B. Petri Sede , ubi semper auxilia , et suppetiæ fuerunt vestris majoribus , et in vestra fere omnium Gallicanorum Antisistum consensione , et constantia in defendendis Apostolicæ Sedis decretis , propugnandisque juribus divinæ illius potestatis , quam a Christo Domino accepit Ecclesia.

Monet Gallicanos Episcopos contra perverſorum insidias, quibus insinuare pertentant, non id roboris esse Romanæ Sedi ad eorum machinationes conveillendas.

§. 2. Sed ab inimicis Ecclesiasticæ utilitatis , et pacis scribis , de industria rumores dissipari , quibus honorum fortiumque virorum animi relanguescant : non satis firmam inter vos esse concordiam , vestram Ecclesiam in schismatis esse fermento ; et de diurno silentio Nostro gratulabundos dicitare , non id nunc temporis esse robur in Apostolica Sede , quo in ea possitis jure confidere. Non sumus nescii , jam dudum a novatoribus inter Nos , et vos hanc nebulam offusam esse , et caliginem ; eorumque fraudibus et dolis , multos , hominibus harum rerum parum intelligentibus , objectos esse præstigos. Dum enim huic malo , metuentes ne acriori curatione fieret asperius , adhibenda esse censuimus leniora remedia , patientiam Nostram , non modo in argumentum vertunt infirmitatis atque mollitiæ , sed etiam jactare audent in vulgus , Nos a prædecessorum Nostrorum decretis , quibus Baii , Jansenii , et Quenelli causa est jugulata , vel sensim dissimulando recessisse , vel saltem ea decreta comperisse Nos tandem , quam Ecclesiæ fuerint inutilia. Sed non longe abesse speramus illud tempus , cum qui talia , tamque indigna de Nobis temere cogitant , falsos se fuisse , praveque de Apostolica Sede judicasse intelligent , si ei robur illud unquam defuisse existimarint , quod Christi Domini promissione nunquam emarcuit. Quamquam sibi ipsi dissimulare non possunt , luculentissima Nos dedisse argumenta , quid de eorum secta sentiamus ; cum ejus audaciam prope in conspectu nostro Nobis illudentem proscripto libro , quem longe lateque per Italiam disseminaverat , Apostolica fortitudine fregimus. Falso igitur sibi assentari cognoscant necesse est , si aliter de hac re , quam prædecessores Nostri senserint , Nos existimare arbitrentur.

Constantem esse Apostolicam Sedis sententiam de expurganda Ecclesia Dei ab perver-

§. 3. Nos eorum quos memoravimus , novatorum jam pridem ab Apostolica Sede condemnatis erroribus , semper duximus Ecclesiam Dei purgare oportere , et ad hanc eluendam labem , et maculam , omnis Apostolicæ curæ sedulam operam , Dei gratia adjutrice , semper adhibebimus. De Gallicanorum Episcoporum unum et idem pie præclareque sentientium concordia , sic semper existimavimus , illam eo fore firmiore quo hujus S. Sedis auctoritatem flagrantiore studio defenderint. Cæterum minime animis despondendum ; fidendumque Dei misericordia , qui adjutor in opportunitatibus , cum minime suspicamur , aliquid lucis ostendet , et carissimo in Christo filio Nostro Galliarum Regi Christianissimo occasionem offeret , Ecclesiæ , Regia ope sua , adjuvandæ. Non enim tanta præditus religione Princeps optimus prætermittet universæ Christianæ Reipublice declarare , Jansenianæ hæresis extinguendæ sibi non animum sed tempora defuisse. Vos vero , qui vigilatis in Episcopali custodia , Deum exis precibus in spiritu humilitatis orate , ut pios interea eripiat de tentatione , vobisque mittat auxilium de sancto , quo ministretis fidei vestræ virtutem , et a circumeuntibus lupis , Gregem vobis commissum in hoc tempore malo conservetis incolumem. Nos vigilantia vestræ , fortitudini , atque constantiæ non commitemus , ut Apostolica Nostra officia vobis defuisse videantur. Tibique , Venerabilis Frater , quem in visceribus gerimus charitatis , Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die ix. Novembris MDCLXIII. Pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXXIV.

Dat. die 9  
Nov. 1763. Anno VI.

De eodem argumento agit cum Episcopo Biterrensi , eique Jansenianæ hæresis studia designat , alienandi scilicet Episcoporum animos a Romana Sede , ut deinde Episcopalis auctoritas , eo facilius evertatur.

Venerabili Fratri Josepho Brunoni  
Episcopo Biterrensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem ,  
et Apostolicam benedictionem

§. 1. Gravissimas ærumnas quibus in vestra Gallia præmitur jam dudum Ecclesia , et quæ impendere viden-

Que sint in Gallia Religioni adversantia mala exprimit.

sorum erroribus , ad quod consequendum Gallicani Clerici , et Francorum Regis pietas conferre quamplurimum possunt.

quantaque  
graviora immi-  
neant.

tur atrociora mala, non solum tuæ, sed complurium etiam aliorum Venerabilium Fratrum Gallicanorum Episcoporum ad Nos literæ pertulerunt. Verbum De adulteratum, funditus eversam Ecclesiæ disciplinam: seculares Magistratus in augustissima quæque Religionis Nostræ sacra irrupsisse: pro eorum lubitu administrari Sacramenta: eos potestatem fere omnem discernendi quos a Sanctissima Eucharistia prohiberi oporteat, ereptam Episcopis sibi arroganter tribuere: inde fieri (quod horrendum dictu est) ut sanctum canibus detur: proculcatam denique sanctitatem Ecclesiæ, ejusque imminutam sublimem potestatem, majestatemque divinam, seu potius Christi Sponsæ per summam injuriam compedes iniectiones, durissimumque jugum impositum servitutis. Ex his malis, quæ Fraternitas tua, alique Venerabiles Fratres, vestris literis ad Nos, et hanc Sanctam Sedem delata voluistis quæ graviora in dies, nisi Deus Nos respiciat, sint eventura cogitantes, effudimus animam Nostram in conspectu Domini, eumque in amaritudine cordis Nostri sic deplorabundi appellavimus: *Domine Deus virtutum quousque irasceris super orationem servi tui? quousque cibabis Nos pane lacrymarum, et potum dabis Nobis lacrymis in mensura?*

Quæ sane tribulationes a Deo permittuntur, non ut constantia in Fide decutiantur, sed ut illa eo magis probentur.

§. 2. Verum etsi, Venerabilis Frater addidit Dominus dolorem dolori Nostro, et laboravimus in gemitu, et requiem adhuc non invenimus, tamen minime animo despondendum, ut nunc maxime oremus in spiritu, et in ipso vigilemus, certam habentes fiduciam non passurum misericordiarum Deum, tentari Nos supra id, quod possumus. Nunc enim ille est, qui Nos tentat, ut palam fiat, utrum diligamus eum, an non in toto corde, et in tota anima Nostra, sicut tentavit Abraham, et cæteros servos suos, ut faceret cum tentatione proventum. Itaque Fraternitatem tuam, cæterosque Venerabiles Fratres Gallicanos Episcopos, Magni Leonis prædecessoris Nostri verbis adhortamur = *Tribulationem, quam dilectioni nostræ spiritus diabolicæ tentationis ingressit, ab eo fiducialiter credite sublevandam propter quem talia sustinetis, atque ipsius auxilio Vos consolandos præsumite, cujus dilectioni quæ tolleratis, impenditis, qui licet temporaliter fieri, quæ sunt adversa permittit, constantiam tamen fidei non vult decuti sed probari* = Ac temporibus etiam vestris, rerumque articulis convenit quod idem SSimus Pontifex de sui temporis Principe sibi pollice-

batur = *Aderit suis inspirationibus divina protectio, eamque Principi vestro Christianissimo Regi tribuet facultatem ut nullo modo fieri sinat, quod humanæ saluti sentit adversum.*

§. 3. Neque tamen segni quadam divini auxilii fiducia torpere debemus; et his malis si efficacia remedia, culpa temporum adhibere non possumus, illuc tamen omnia Nostra, vestraque studia conferamus oportet, ut Jansenianorum hæresis, quæ dudum pene videbatur extincta, quo atrocior nec opinato novissime quasi revixit, et Ecclesiam formidolosior coorta est, eo conjunctionis Nostræ vincula diligentius caveamus ne relaxentur. Illius enim sectæ auctores, ac subinde duorum fere seculorum spatio, qui principem in ea tenuere locum, id maxime studuerunt, ut Episcoporum animos voluntatesque ab hac Sacra B. Petri Sede primum abalienarent, quo facilius sibi esset eandem Sedem, si fieri posset, evertere, ejusque auctoritate sublata, deinde Episcopos aggredi, ac demum omnem eorum delere potestatem, atque ita dolorem suum pleisci, quod gloriosissimi prædecessores Nostri perniciosam Baii, Jansenii, et Quenelli doctrinam constitutionibus suis proscripserint, et Apostolicis decretis Gallicanorum Episcoporum religiosissimus cænis obtemperaverit. Nefarii hujus consilii id luculentissimum præter alia multa suppetit argumentum, quod Ecclesiæ potestatis et auctoritatis Apostolicæ defensores acerrimi, quique erant de illo corpore, quod contra Ecclesiæ hostes his ducentis annis perpetuum bellum gerit, repente subdolæ illius sectæ opera, et fallaciis, apud vos honorum omnium cum gemitu sunt extincti. Concussa, eversa que est in istis regionibus Arx Sion, unde mille clypei pendebant, omnis armatura fortium, luxitque antemurale, et murus ille pariter dissipatus est.

§. 4. Sed ut ad Fraternitatis tuæ literas revertamur, acriter animum Nostrum pungit, de Encyclyca Benedicti XIV. prædecessoris Nostri tua illa commemoratio. Ei enim si Vobis libere parere licuisset, minus Dei provocaretur iracundia, quam ex his malis, quæ tam brevi tempore in Gallicanam irruerunt Ecclesiam, excandescere prope oculis cernimus, cum notorie refragantibus Constitutioni *Unigenitus*, sacrilege ministrantur Sacra Mysteria. Hac tanta contumelia tamque nefaria, te, tuosque Collegas oramus, et obsecramus, SSimum Christi Domini Corpus, quoad licuerit, prohibite, ut saltem vestra sui

Intima itaque conjunctione curandum ut Jansenianæ sectæ eludantur conatus, quibus student Episcopos ab Romana Sede alienare.

Ita superque incumbendum Encyclyca Benedicti XIV. observantur super Constitutione *Unigenitus* sacrilege conculcata.

honoris cura, et solitudine mitigatus Deus, iram aliqua ex parte molliat, et tam gravibus, atrocibusque injuriis susceptam. De præclara Gallicanorum Episcoporum erga hanc Sanctam Sedem devotione, summoque obsequio, de quo in extrema epistolæ tuæ parte, satis illustre Nobis perhibes testimonium, reliquum est, ut Bñi Pauli verbis Vos alloquamur = *ideo consolati sumus Fratres in vobis in omni necessitate, et tribulatione Nostra, per fidem vestram, quoniam nunc vivimus, si vos statis in Domino. Quam enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere pro vobis in omni gaudio, quo gaudemus propter vos ante Deum Nostrum, nocte et die abundantius orantes. Vos autem Deus multiplicet, et abundare faciat charitatem vestram in invicem, et in omnes, quemadmodum et Nos in vobis ad confirmanda corda vestra sine querela in Sanctitate ante Deum.* Denique tibi, Venerabilis Frater, quem propter egregium zelum tuum in visceribus gerimus charitatis, eximie erga te benevolentie Nostræ pignus, Apostolicam benedictionem peramanter imperitumur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo piscatoris die 1x Novembris MDCCLXIII Pontificatus Nostri Anno sexto.

Dat. die 17. Nov.  
1763. Anno VI.

CCCLXXXV

Matrimonium Petri Leopoldi Archiducis Austriæ cum Maria Ludovica Hispaniarum Infante comendat, dispensatumque ab eo esse quodcumque canonicum impedimentum significat Mariæ Theresiæ ejus Matri.

Carissimæ in Christo Filie Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ Reginæ Apostolicæ, nec non Bohemiæ Reginæ Illustri, in Romanorum Imperatricem electæ.

Clemens PP. XIII.

Carissima in Christo Filia Nostra salutem, et Apostolicam benedictionem.

§. 1. **E**t consilium Regiæ Majestatis tuæ vehementer probamus, quæ de fulcienda quamplurimis liberis Cæsarea Familia tua cogitas, et pietatem magnopere laudamus, cum ut omnium rerum tuarum, sic ejus connubii, quo

dilectissimus in Christo filius Noster Petrus Leopoldus natura filius tuus, eum dilectissima itidem filia Nostra Maria Ludovica Regia Hispaniarum Infante jungitur, a Deo voluisti auspiciari primordia. Atque pro summo Majestatis tuæ in hanc Sacram B. Petri obsequio, et devotione petis, ut Nostras ad Deum preces interponamus, ut vestrum de ineundo eo Conjugio consilium felix faustumque sit: Nostras enim preces efficaciores existimas, quod a Summo Sacrarum rerum Antistite proficiantur, qui Apostolicam Bñi Petri Sedem tenet, in quam tuæ Majestatis est, semperque fuit, flagrantissimum studium, et summa devotio. Nos quidem omni contentione Deum orabimus, ut cælestis gratiæ suæ copiam super istas nuptias effundat, easque omni temporali spiritualique prosperitate fortunatas velit; atque illum Nos exoratuos confidimus propter istam tuam in Bñum Petrum, ejusque Successores sinceram, et devotissimam voluntatem. Ut autem ab hoc Conjugio omne amoveatur impedimentum, Dispensationem, quam Regia Majestas tua, et carissimus in Christo Filius Noster Franciscus in Romanorum Imperatorem electus Vir tuus a Nobis postulastis, acceptis vestris literis, nulla interposita mora, per alias literas Nostras libentissime concessimus. Tibique, Carissima in Christo filia Nostra, regisque liberis tuis, paterno Nostræ charitatis affectu, Apostolicam benedictionem amantissime imperitumur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xii Novembris MDCCLXIII. Pontificatus Nostri anno sexto.

CCCLXXXVI.

Dat. die 17. Nov.  
1763. Ann. VI.

De eodem argumento scribit Francisco in Romanorum Imperatorem electo.

Carissimo in Christo Filio Nostro Francisco Lotharingiæ, et Barri Duci, nec non Etruriæ sibi subjectæ Magno Duci, in Romanorum Imperatorem electo.

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

§. 1. **M**ajestati tuæ plane assentimur, quæ ad Christianæ Reipublicæ

pacem, populorumque securitatem constituendam Regiæ Familiae suæ, sobolem existimat propagari oportere. Itaque lubentissimo animo per alias literas Nostras, dispensationem concessimus, qua amotum volumus, quod erat impedimento, quominus dilectissimus in Christo filius Noster Petrus Leopoldus, tuus natura filius, cum dilectissima itemdem filia Nostra Maria Ludovica Regia Hispaniarum Infante, Matrimonio jungeretur. Deum enixe precamur, ut Regiam Majestatem tuam ex hoc Conjugio pluribus nepotibus augeat, quod non modo ad universæ Christianæ Reipublicæ utilitatem, sed etiam hujus S. Sedis incolumitatem pertingere arbitramur. Neque enim dubitamus quin illud futurum sit, ut quæ laus in Regia Majestatis tuæ Familia semper floruit summi in Catholicam Religionem studii, et egregiæ erga Sacram B. Petri Sedem voluntatis, et devotionis, eam quotquot fuerint ejus stirpis, cupidissime persequantur. Omnium autem honorum, quorum in eo Connubio, spem collocasti, auspiciem Apostolicam benedictionem Majestati tuæ, Regiisque tuis liberis amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XII Novembris MDCCLXIII Pontificatus Nostri anno sexto.

## CCCLXXXVII

Quantum periculi Catholicæ Religionis præbeant Matrimonia inter Catholicos, et Hæreticos, Argentoratensi Episcopo describit, eumque hortatur, ut pro viribus suis impediatur ne in Alsatiæ Provincia expleantur.

Dilecto Filio Nostro Ludovico Constantino S. R. E. Præsbytero Cardinali de Rohan Episcopo Argentoratensi.

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

§. 1. **Q**uantopere a connubiis inter Catholicos, et Hæreticos abhorreat Catholica Ecclesia, et de æterna filiorum suorum salute vehementer sollicita, ut semper eos absterruerit, ne cum Hæreticis Matrimonii vinculum iungant, dilecte fili Noster, profecto non ignoras. Nunc autem id agi comperimus,

*Bull. Rom. Tom. II.*

ut in posterum in Alsatia licitum sit talia conjugia contrahere, quæ videtur in rem fore Catholicæ Religionis, si ea tantummodo conditione permittantur, ut suscepta inde soboles in Apostolica Romana fide educetur: hac ratione non longe abesse ajunt, cum Deo gratulabimur, populum istius regionis universum ad veram religionem esse traductum.

§. 2. Nobis vero longe aliter videtur et ex hujusmodi conjugii existimamus, Catholicæ Ecclesiæ magnam cladem allatum iri. Si enim Mater, penes quam est prima sobolis educatio, a nostris sacris aliena sit, quid de liberorum religione non est timendum? Illa enim pro materno amore de æterna eorum salute sollicitè cogitans, nullam præmittet occasionem, qua illos imbibat suæ sectæ doctrina, quam unice veram putat. Ac si Virum, vel in vigiliis jejunantem, et carnibus abinentem, vel pœnitentiæ Sacramento, animæ suæ sordes eluentem, vel ad Sacram Eucharistiæ Mensam accedentem quasi inania sectantem, ut sæpissime fiet, irrideat, id etiam certe fieri oportet, paullatim ut in animos puerorum illabatur sacratissimarum rerum contemptus. Quæ vero a tenera ætate arripuerint, ea ex illorum animis difficillimum est evellere.

§. 3. Et contra si Mater quidem Catholicam Religionem colat, Pater vero alicui Hæreticæ sectæ addictus, in puerorum conspectu dicta Uxor, et facta, quæ ad Religionem pertinent, joculariter illudat, an non puerilis animus liberorum, penes quos plurimum valet Patris auctoritas, de veritate Religionis, quam sequitur Mater, nonnihil dubitaverit? Quid si seria oboriatur inter Virum, et Uxorem de Religione disputatio? An non liberi, quorum mens, alternantibus in parentum disputatione momentis, hac illac impellitur, sensim in Religionis prolabantur indifferentiam, qua nihil exitiusius, nihil Religioni inimiccius; cum omnem Religionem veram, falsamve funditus tollat. Illud etiam perspicuum est, Lutheranæ hæresi per hæc conjugia patientiorem aperiri campum, quo latius sese possit diffundere. Etenim puellæ Lutheranæ imbutæ errore, quibus nunc, nonnisi certis quibusdam in locis, cum Viris suis licet constituere domicilium, si Catholicis nupserint Viris; illos sequantur necesse est, ubicumque iis libitum fuerit habitare. Præterea et nova nupta, plures e sua secta admittet in

Mater a quidem Acatholica, semper soboli suæ propriæ Religionis errores insinuare curabit.

Majora autem damna soboli obventura sunt ex Paterna auctoritate, si is alicui sectæ addictus sit.

Dat. die 16 Nov.  
1765. Anno VI.

Semper Catholica Ecclesia abhorret a Matrimonii inter Catholicos, et Hæreticos.



Viri familiam; nec prohiberi poterunt ab ejus domo, falsæ sæctæ Ministri, qui salutandi gratia eam convenient. Hi nimirum suo non deerunt ministerio, quo oves suas in errore confirmant, artemque suggerent Matri, qua in animis liberorum bonæ doctrinæ germina ab ipso tempore, quo incipiant erumpere, exaurescant.

Adeoquæ omnia Catholicorum sollicitudo semper adhibita, ad hæc impedienda Matrimonia, evanescent, quoties in posterum licitum foret ad illorum celebrationem procedere.

§. 4. Frustra igitur fuerit Catholicorum usque adhuc adhibitum studium, quo ex iis regionibus, quas tenent, damnati ab Ecclesia erroribus eliminarentur, cum impune licuerit in posterum, in medio eorundem Catholicorum, eandem veneficam doctrinam profiteri. Huc accedit, quod si alteruter Conjugum, qui Catholicus sit, vita functus, liberos in prima ætate reliquerit, alteri Conjugi Hæretico, liberum erit venenatis sectæ suæ sensibus, filios suos inficere. Vides igitur, dilecte filii Noster, quid de prole ex his conjugii suscepta polliceri sibi possit Catholica Religio, et num vehementer timendum sit, ne cum per hæc connubia propagare intendunt Catholicam Fidem, latius propogetur hæresis; et quod omnium deterrimum, majores in dies vires capiat Religionis cujuscumque indifferentia, qua plerumque ad impietatem aditus aperitur.

Argentoratensem hortatur Episcopum, ut ex adductis rationibus, hujusmodi Matrimonii obsistat.

§. 5. Hæc vero paullo fusius uberiusque persequenti sumus, sed ut ex harum prolixitate literarum, sollicitudinem Nostram intelligas, qui de re gravissima, et maxima, scribendi vix finem facimus. Sed ut sapientiæ prudentiæque tuæ has rationes, quas supra tetigimus, quamobrem non sint permittenda hæc conjugia, obscuras non fuisse arbitramur; sic religioni tuæ, et zelo Domus Dei, quo flagrantem animum geris, plurimum confisi, dilectionem tuam obsecramus, et in Domino obtestamur, ut quantum auctoritate valeas, id efficias, ut his conjugii nullus in Alsatia fiat in posterum locus; in qua Provincia, Ecclesiæ leges summi robur recuperarunt ex edicto, quod anno MDCLXXXIII. cum tanta sui nominis laude edidit gloriosissimæ memoriæ Ludovicus XIV. Quod si consequare, non hæc ultima laus erit tuarum pro Religione rerum præclare gestarum, consilio, et opera tua Catholicæ Ecclesiæ fidem, e tam gravi periculo ereptam suam incolumitatem retinuisse. Tibique præcipuo quodam charitatis sensu, dilecte filii Noster, quem unice amamus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum

Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris die xvi. Novembris MDCCLXIII. Pontificatus nostri anno sexto.

CCCLXXXVIII.

Dat. die 19 Nv. 1763. Anno VI.

De Ecclesiæ Gallicanæ malis conqueritur cum Episcopo Mirapicensi, eoque hortatur ad unionem cum cæteris Galliarum Præsulibus, et conjunctionem cum Apostolica Sede.

Venerabili Fratri Joanni Baptistæ  
Episcopo Mirapicensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam benedictionem

§. 1. **E**t si literæ tuæ brevissima commemoratione malorum, quæ quasi rupto muro, et aperta janua in Gallicanam irruerunt Ecclesiam, Nostrum renovarunt dolorem, quem ante hos paucos annos susceptum, multo majorem experimur in dies, quo graviores isthinc de deterrimo apud vos sacrarum rerum statu nuntii ad Nos subinde afferuntur; tamen ea ratione rursus pergratæ Nobis fuerunt, quod egregiæ tuæ voluntatis in Catholicam Ecclesiam, et arctissimæ conjunctionis tuæ cum cæteris Fratribus Episcopis bene sentientibus, testimonium ferant sane præclarum. Earum breviter probavimus; neque enim opus erat te tantum natu, Venerabilis Frater, singula mala recensentem scribendo defatigari, et non levi incommodo tuo supervacuum laborem suscipere, cum a pluribus Coepiscopis Nostris prolixas de vestris cladibus acceperimus litteras plenas querelarum, quæ Nobis interdum lacrymas excusserunt. Equidem vestram dolemus vicem, et iniquissimæ conditionis, in qua versamini, Nos maxime miseret; neque adhuc videmus, quam potissimum rationem nunc temporis ineamus propulsandi tantam ab Ecclesia vestra calamitatem. Interea acerrime urimur, quod Janseniana hæresis eo sit progressa, ut sibi assentetur, se nunc maxime omnia cogitata sua posse perficere. Laicos Magistratus in vos, vestramque divinam potestatem excitavit; ori vestro fecit ut illi opposuerint manus, ne ad aures populorum, ad

Hujus Episcopii Gregiam voluntatem in Catholicam Ecclesiam, et conjunctionem cum cæteris Galliarum Antistitibus laudat.

CCCLXXXIX.

Dat. die 19 Nov.  
1763. Anno VI.De eodem argumento Epistolam  
mittit Episcopo UctiensiVenerabili Fratri Bonaventuræ  
Episcopo Uctiensi.

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam benedictionem.

§. 1. **M**iserandam Ecclesiæ Gallicaneæ faciem ante oculos Nostros posuerunt literæ Fraternalitatis tuæ, quibus non modo omnium sacrarum rerum perturbationem, sed causas etiam, unde orta est tanta perniciēs, subtiliter, et accurate satis persequutus es. Itane vero tam brevi tempore Ecclesia vestra in tantum est adducta discrimen? Et quæ dudum maxime florebat doctrinæ integritate, sanctissimisque institutis, et moribus, nunc postquam impiorum hominum in omnem Religionem evertendam incumbens erupit e latebris, ubi diu delituit, acerrima conjuratio, in tantam eadem Ecclesia est prolapsa calamitatem, ut apud vos jam sint pene omnia profligata, et perditā? irrisa Ecclesiæ auctoritas; primarii Pastores misere divexati; laicorum manus in Arcam Domini injectæ; omni statu dejecti, qui ascenderant ex adverso, et opposuerant murum, ut starent in die prælii pro Domo Domini: onerati injuriis; sibilis excepti, et eo redacti miseriarum, ut fame, siti, et algore necesse sit denique intereant: hominibus, de quorum doctrina et moribus quisque prudens jure dubitaverit, juventutis tradita disciplina, ut ne spes quidem reliqua sit Ecclesiæ, si quid paullulum lucis tempora ostenderint, se fideles Ministros imposterum habituram: omnis Religionis cultus, laicorum subditus potestati: Sanctum eorum arbitrio, et libidine canibus datum; ideoque Princeps Regum terræ Christus Jesus Dominus gloriæ a Deo Patre constitutus, ad dexteram suam super omnem Principatum, et potestatem, et virtutem, et dominationem, et omne nomen, quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro (horrendum dictu) suis ludibrio sit inimicis.

§. 2. Interea Janseniana hæresis gaudio triumphat, quod laicos Magistratus adversus Apostolicam Sedem, at-

Hujus Episcopi  
Literas accepisse profite-  
tur, quibus miserandam Gallicæ Ecclesiæ  
statum describitur.

Quæ cuncta  
aspera mala a  
Janseniana hæresi repetenda  
sunt.

quos seducendos tantopere incumbit, vestræ voces perveniant. Sanctum interea canibus datur pro eorundem Magistratum arbitrio, et libidine: quam quidem horrendam in augustissimum Jesu Christi Corpus injuriam, jure suspicamur, tantam malorum super Gallicanum Regnum traxisse molem.

§. 2. Id vero Janseniani nunc potissimum student, ut inter Gallicanos Episcopos semina dissidiorum serant, et ab hac Sacra B. Petri Sede eorum abstrahant animos. Summa igitur cautio vobis esse debet ne spiritui dissensionis, quem modo exsufflat Satanas, ullus ad vos pateat appulsus; neve hostium dolo, et fallaciis, ab hac Apostolica Sede, ejusque rectissimis sensibus abalienemini. Si quid enim lucis tempora aliquando ostendere videbuntur, tunc consensionis vestræ, et cum hac Apostolica Sede conjunctionis profecto non pœnitebit: neque enim commitemus Apostolica Nostra officia desiderari, quæ hoc erunt efficaciora, quo ea vehementius vestrum omnium consensus adjuverit. Cæterum futurum speramus, ut infirma quæque vestra Deus tandem sarciat, et consoletur omnes Ecclesiæ vestræ ruinas, et faciat ejus desertum quasi delicias, et solitudinem ejus, quasi hortum Domini. Interea stete in uno spiritu unanimes collaborantes fidei Evangelii, et in nullo terreamini ab adversariis. Longævam tibi senectutem optamus, prosperrimamque valetudinem, et Fraternalitati tuæ intimo cordis Nostri affectu, eximie erga te benevolentie Nostræ pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die XIX. Novembris MDCCLXIII. Pontificatus Nostri anno sexto.

In qua intima  
unione ut per-  
severet obse-  
crat, ad impa-  
dicanda Jansenistarum meli-  
mnia in semine  
dissidiorum re-  
posita.



que adeo in universam Ecclesiam incenderit; atque ita per eos suum dolorem ulciscitur ex Apostolicis conceptum Constitutionibus, quæ pertinacissimæ sectæ subinde fregerunt audaciam. Cui comparabo Te (lacrimantes cum Gallicana Ecclesia iisdem verbis utimur, quæ gemebundus dicebat Propheta de Jerusalem) vel cui exequabo Te, et consolabor Te virgo Filia Sion? Magna est enim velut mare contritio Tua. Quis medebitur tui? Suffoditur, quæ est totius spiritualis ædificii divina Ecclesiæ auctoritas, et potestas, ut jam pene esset Ecclesia vestra acervus lapidum in ruina, si despersi etiam fuissent lapides Sanctuarii. Sed id Deus prohibeat, faciatque, ut Vos Episcopi, qui estis arctissime invicem, et cum Apostolica Sede conjuncti, hostium eludatis insidias. Hi enim in occulto sedent, occasionem omnem aucupantes, qua inter vos inducere possint discordias, quarum tandem exitus sit, ab hac Bñi Petri Sacra, et Apostolica Sede secessio. In eam enim illorum est inveteratum infinitumque odium, et implacabile, quam suis semper conatibus senserunt adversam; cujus eversionem, vel ipso non Gallicanæ modo, sed universæ Ecclesiæ interitu mercarentur.

Gallicanum Episcopos præcavit ad schisma inter se se vitandum, eoque ad unionem multam invitavit, conjunctionemque cum Apostolica Sede.

§. 3. Quamobrem Fraternalitatem tuam, cæterosque Collegas Venerabiles Fratres, per Jesu Christi viscera hortamur, et obtestamur; cavete ne sit schisma in vestro corpore, sed id ipsum pro invicem sollicita sint membra, et cum Bño Petro, Nobisque, qui immerentes ejus gerimus vices, firmiter ut Ecclesiæ Capiti adhærete, quo possimus in hoc tempore malo omnia tela nequissimi ignea extinguere. Neque enim Deus, qui se maxime in tribulationibus gloriatur esse adiutorem, in perpetuum obliviscetur Nostri, nec derelinquet Nos in longitudine dierum. Confortamini igitur; et estote robusti in Domino, qui aderit Nobis, cum minime suspicamur, Nosque de hac tentatione eripiet. Tibi vero, Venerabilis Frater, cujus flagrantissimum zelum, summumque in Ecclesiam Sanctam amorem, enixe Deum precamur, ut divina charitate sua in dies exaugeat, Apostolicam benedictionem singularis, et eximie erga Fraternalitatem tuam benevolentie Nostræ pignus, permanenter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die XIX. Novembris MDCGLXIII. Pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXC.

Dat die 7. Decembris 1763.  
Anno VI.

De iisdem Gallicanæ Ecclesiæ calamitatibus, agit cum Episcopo Montis-pesulano, ejusque provocat zelum, atque constantiam in protuenda Catholica Religione.

Venerabili Fratri Francisco Episcopo Montis-pesulani

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam benedictionem

§. 1. Cum ex pluribus Gallicanorum Episcoporum literis acrior, quam unquam antea Nostro versaretur in animo cogitatio de vestrarum Ecclesiarum calamitatibus, et ærumnis, Fraternalitatis etiam tuæ literas sane tristes accepimus, quæ Nostrum, e tanta sacrarum rerum clade susceptum dolorem, non modo renovaverunt, sed etiam retractando auxerunt. Quid enim abest a rerum vestrarum statu, quin sit deterrimus? Profligata Ecclesiæ spiritualis auctoritas: in ea nihil fere sanctum, aut inviolatum nihil, sive rerum, sive personarum: ipsum Jesu Christi Corpus, quod trementi manu scribimus, secularium Magistratum arbitrio, et libidini deditum. Atrocia hæc quidem et miseranda; sed tamen aliquid superest, cui, secundum Deum possimus jure confidere, vester nimirum fere omnium Gallicanorum Episcoporum consensus, vestrarum cum hac Sacra Beati Petri Sede conjunctio, vestra demum alacritas, qua scribis omnes ita esse incensos, ut protuenda Religione profiteamini, neque fortunarum vestrarum amissionem, neque ipsam mortem recusaturos.

Se accepisse ait Montis-pesulani Episcopi literas, aliorumque per Gallicanum Antistitem de infelici Religionis conditione agentes.

§. 2. Hanc animi constantiam, cum a Nobis requirit Deus, certam etiam Nobis spem facit victoriæ. *Usque ad mortem, inquit, certa pro justitia, et Deus expugnabit pro te inimicos tuos, At in omni certamine timor quidam semper oboritur. Hunc primum depulsum oportet, qui velit bene rem gere. Idque fixum in animo habendum, nihil periculosius, quam nimius ipsorum periculorum metus: qui enim timet pruina, ut ait Scriptura, irruet super eos nix.* Est igitur aliquid omnino faciendum, ut a quotidiana fere injuria, Sanctissimum et Augustissimum Christi Corpus vindicetur. Quid faciam? inquiens. Quidvis facias, prout tibi

In tanta Religionum rerum vastatione, constantem animum opponendum esse suadet, et de Montis-pesulani Episcopi constantia gratulatur.

Deus in mentem injecerit facere, id ut ne fiat, neve Christus pro temporalibus fortunis nostris retinendis, conservandisque inimicis suis tradatur propemodum dedititius. Non humano quodam, et usitato modo, quod non ignorat Fraternitas tua, jacta sunt Catholicæ fidei fundamenta, et longe lateque per universum terrarum orbem propagata Christiana Religio. Singulari itidem modo interdum Nobis est defendenda. Et omnes quidem cupimus pacem, sed omnes opus est Nobis vires exerere, ut eam vel ab incitis inimicis extorqueamus. Multi quidem exantlandi labores, plurima etiam, eaque gravissima subeunda pericula: sed nihil recusandum pro illius honore, qui ut Nos eriperet e potestate tenebrarum, se ipse pro peccatis nostris hostiam offerre, et crudelissimum teterrimumque Crucis supplicium subire non recusavit. Peculiaris etiam a Nobis postulat ratio, ut ejus honorem, vel quovis abjecto periculo tueamur, cum peculiari itidem ejus benignitate facti sumus Ministri, et dispensatores Mysteriorum Dei. Non sumus nescii, Venerabilis Frater, huc cogitationes omnes pro tuo in Christum amore semper fuisse conversas, et omni te usum esse ratione, qua SSm̄am Eucharistiam ab indigna profanatione subduceres.

§. 3. Quod ad cæteras querelas tuas attinet, pulsos isthinc Clericos Regulares Societatis Jesu, traditamque juventutis disciplinam hominibus, quorum doctrina, moresque vel non satis explorati, vel suspicionem aliquam habent, in periculum venisse jam adolescentes, qui literis sese dare velint, ne eorum animi venenatis sensibus inficiantur: obtumescere missiones: ad pœnitentiæ Tribunal, et ad Sacram Mensam raros apparere fideles; mala hæc, et alia plurima prospiciebamus, cum ad Venerabiles fratres quosdam Gallicanos Episcopos Parisiis congregatos ante hos novemdecim menses ea etiam de re scribebamus.

§. 4. Sed hæc et alia ejusmodi, atque etiam graviora mala, uno verbo calamitates omnes arbitramur ideo in Galliarum Regnum inmisisse Deum iratum, quod Unigeniti Filii sui Corpus indignis tradatur hominibus, Apostolicis decretis notoriæ pertinaciterque refragantibus, turbarique pacem in dies magis, quod quidam sibi sint assentati, si nulla ratio Encyclicæ prædecessoris Nostri Benedicti XIV. nullus SSm̄æ Eucharistiæ habeatur respectus, pacem

revocari posse, et istos apud vos turbarum motus conquiescere.

§. 5. Reliquum est, Venerabilis Frater, ut te, mosque Collegas, satis jam per se ardentem, et erectos in Domino adhortemur ad strenue præliandum prælia Domini, custodiendosque a luporum circumeuntium incursibus commissos fidei vestræ greges. Sed stetis oportet omnes in uno spiritu unanimes, et summo animorum consensu vehementer consociati cum hac Bm̄i Petri Sacra et Apostolica Sede. Videtis enim seditiosorum hominum curas omnes in eo versari, ut ab eâ prope inscii, et nec opinantes abstrahamini, nec absurde putant, si inde Vos avelli contingat, se facile posse inter vos discordias injicere, et interea dum dissentionibus inter eos excitatis a communi Ecclesiæ defensione tantisper averteremini, in hæreditatem Christi securas invadere, quod Deus prohibeat, et vero prohibebit = *Non erit hæres filius ancillæ cum servo meo Isaac*. Quamobrem summo opere providendum, ne vestra cum Romana Cathedra labefactetur conjunctio, quod eo sæpius vobis inculcandum existimamus, quo periculosioribus temporibus utimur, cum opiniones de Romani Pontificis auctoritate, quas homines Apostolicæ Sedis parum amantes extulerunt, et quæ Venerabilium Fratrum prædecessorum vestrorum opera, et scriptis, silentio traditæ, jam pene extabuerant, non nemo ausus est inter fidei dogmata numerare, et Gallicanam Ecclesiam, quasi eas opiniones existimet esse de fide, ab universa, quæ longe aliter sentit, Ecclesia segregare. Est inter vos Episcopali dignitate vir, et summa senectute venerabilis, qui districtum in Apostolicam Sedem gladium strenue retudit. Mirum in extrema ætate versantem, tantas edidisse vires, sed unum illum fuisse, qui in hanc gravissimam causam descenderit, mirum magis! sed quod unus fuerit, eo major illi debetur laus, et gratia. Denique in tanta rerum perturbatione orandum assidue, Venerabilis Frater, in spiritu, et in ipso vigilandum in omni instantia, et obsecratione. Deoque fidentum, qui non delectatur in perditionibus nostris, sed post tempestatem tranquillum facit, et post lacrymationem, et fletum, exultationem infundit; et Fraternitati tuæ, quam ob eximium Dei zelum, et in Sanctam Ecclesiam amorem, præcipua charitate complectimur, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Ma-

Montispenlanum cæterosque Galliarum Antistites hortatur, ut stent omnes uno Religionis spiritu unanimes, et cum Apostolica Sede conjuncti.

Quantum damni attulerit Religioni in Gallia, expulso Clericorum Secularium Societatis Jesu, ad quam impendendam omnem studium sed, inutiliter, convertit Apostolica Sedes.

Tot calamitatum originem Pontifex reponit ex neglecta observantia Encyclicæ Benedicti XIV. super Bulla Unigenius.

rium Majorem sub annulo Piscatoris die VII. Decembris MDCCLXIII. Pontificatus Nostri anno sexto,

Dat. die 7. Decembris 1763. Anno VI.

CCCXCI.

Idem argumentum complectuntur hæc Literæ ad Episcopum Vivariensem missæ, quoad infelicem Religionis statum in Gallia, easdemque hortationes facit Pontifex super constantia in Fide, et conjunctione cum Apostolica Sede.

Venerabili Fratri Josepho Episcopo Vivariensi.

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

Quantum doloris attulerint Pontificis animo Gallicanorum Antistitum querelæ de turbata Religionis conditione per universam Galliam, exprimit Pontifex idem.

§. 1. **L**iteras Fraternalitatis tuæ ante hos tres menses accepimus, earumdem plenas querelarum, quas de Gallicanæ Ecclesiæ calamitatibus complures istius Regni Episcopi ad Nos antea detulerant, aliique subinde etiam nunc per suas literas deferre non desinunt. Harum literarum haud ita parvus aliarum super alias cumulus Nobis est promodum in loco adsiduxæ, et quotidianæ querimonix vestræ, qua dies noctesque conficimur; eoque vehementius angimur, et cruciamur, quod dolori vestro nunc temporis præterquam lacrymas præbere nihil possumus. Societatem Jesu ictu oculi, nulla causa indicta, vel ipsius ejus inimicis, qui eam acerrime oppugnabant, nec opinantibus, extinctam apud Vos gravissime omnes quiruntamini. Rem profecto novam, incredibilem, inauditam, in qua illud Prophetæ Nobis usuvenit dicere: *Adspicite in Gentibus et videte: admiramini, et obstupescite: quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo credet, cum narrabitur.* Convulsa profecto est pietate, et doctrina præstantium Virorum societas, cum minime oportebat. Nunquam enim impiorum talis adeo atrociter petita est Christiana Religio, nunquam Janseiana hæresis audacius debacchata est in Ecclesiam Catholicam.

Cujus doloris causa adaucta fuit expulsione Clericorum Secularium Societatis Jesu,

§. 2. Quamobrem summotis, qui alacritate summa, et fortitudine cum ejusmodi hostibus depugnabant, quid sacris Pastoribus non pertimescendum?

Teque adeo præter cæteros, Venerabilis Frater, in communi luctu, æquum est iniquissimam horum temporum vicem defflere, quod Episcopalis sollicitudo tua in iis versatur locis, unde illius Societatis laboribus, ac præsertim B. Francisci de Regis, Calviniana hæresis prope omnino fuit eliminata. Juventuti porro doles clausos esse puros fontes imposterum, unde literas, et bonos mores, et religionis amorem hauriebat, traditamque ejus disciplinam hominibus, quorum cum inexplorati sint doctrina, et mores, nemo prudens Patrefamilias liberos suos illis commiserit erudiendos. Hæc probe perspiciebant sapientes ii Magistratus, qui in superioribus Regni Curii vehementer cum alterius factionis hominibus pro conservando tanto Ecclesiæ bono pugnaverunt, inter quos in Aquisextiensi Curia Frater germanus tuus, communi bonorum omnium judicio, magnam retulit laudem.

§. 3. Hæc vero omnia, quæ deploratis mala, multo antea ipsi prospeximus; e quibus ut Ecclesiam eriperemus, Christianissimi Regis imploravimus opem, eique gravissimas dedimus literas, et ad complures Venerabiles Fratres Gallicanos Antistites, qui Lutetiam Parisiorum ante hos menses viginti de temporalibus Ecclesiarum rebus tractaturi convenerant, copiose itidem scripsimus; rati, Religionem optimi Principis ei Societati, tantopere in Ecclesia Dei frugiferæ, venturam esse auxilio, et piissimorum Antistitum preces ad Regiam opem solicitandam maximo futuras esse momento. Sed neque Regis egregia voluntas, nec summum Regiæ piissimæque familiæ studium, nec præclarum religiosissimorum Antistitum de Societate Jesu judicium, nec complurium Magistratum pietate, et sapientia præstantium conatus, quidquam profuere, sic Deo volente, qui magnus consilio, et incompræhensibilis cogitatu, cujus oculi aperti sunt super omnes vias filiorum Adam, ut reddat unicuique secundum vias suas, et secundum fructum adinventionum suarum, tentare voluit servos suos, et impiorum, et male de Catholica Fide sentientium hominum objicere sibilis, ut Ecclesiæ Dei puriore humilitatis spiritu inserviant. Cæterum Nostra est omnis in uno Deo fiducia, qui vulnerat, et medetur, percutit, et manus ejus sanabunt; qui dissipat cogitationes malignorum, ne possint implere manus eorum, quod cœperunt.

quorum labores tantum utilitatis erant pro Religionis bono.

Ad quam impediendam expulsionem quantum, sed inutiliter adlaboraverit Pontifex, commemorat.

In tanta Religionis erumna, curandum præcipuum est præcipua observantia Constitutionis *Unigenitus* S. M. Clementis XI.

§. 4. Verum etsi humanæ vires his malis efficacia remedia afferre non posse videantur; atque iis sanandis sibi forte servavit Deus singulari quadam ratione suum adhibere auxilium, ne quis forte dicat = *De manu mea factum est hoc Vobis* = sed omnes uno ore confiteantur, et dicant: *hæc mutatio dexterae Excelsi*, non tamen sic Dei ope fidendum, ut Nostra in Religionem studia relanguescere videantur. Omni igitur conatu coniti debetis, ut notorie refragantes Dogmaticæ prædecessoris Nostri Clementis XI. Constitutioni: *Unigenitus*: a Sacra Eucharistia prohibeantur. Sic enim a Christi Domini augustissimo Corpore quotidiana fere depelletur injuria, iratusque adhuc Deus, cum ejus honorem vindicaveritis, fiet placabilior: tum Encyclicæ prædecessoris Nostri Benedicti XIV, quam ipsi confirmavimus, suis restituetur honor, et Ecclesiæ divina erigebit auctoritas, et potestas, quam si patiamur omnino perfringi, actum est de Evangelica doctrina, et de Christiana Religione universa. Hæc autem eo validius defendenda est Nobis auctoritas, quod ex ejus contemptu tanta Catholicæ Ecclesiæ mala evenerunt. Si enim fontem illum pestiferum exquiramus, unde impietatis erupit tam fœda proluvies, eamque diligenter semitam, adverso itinere persequamur, qua transeundo semper increpans, nunc superfusa Ecclesiæ campos pene complevit, comperies ortam ex effrenata opiuandi libidine, qua homines = *in suo sensu, et in suo verbo permittentes dominari superbiam, unde sumisit semper initium omnis perditio* = paulatim divinæ auctoritatis jugum excusserunt, et ab Apostolica Sede, atque adeo a Catholica Ecclesia omnino defecerunt.

Janseniana sectæ doctrinæ obsistendum, a qua præcipua mala in Religionem eruperunt sub effictæ pietatis obtutu.

§. 5. Ad hanc viam, quæ ad interitum ducit, Janseniana hæresis aditum his novissimis temporibus patefecit; et dum ejus sectatores sibi soli videntur ita sapere, et cum illis quasi sapientia sit moritura, satagentes Ecclesiæ renovare ædificium vehementer illud labefactarunt. Id si negaverint = *Lupis de pariete clamabit, et lignum, quod inter juncturas ædificiorum est*, Quamobrem, Venerabilis Frater, te tuosque Collegas omnes obtestamur in Domino; et obsecramus: in id potissimum incumbite, ut Ecclesiæ, atque adeo Bani Petri Cathedræ, in qua est = *integra, et vera Christianæ Religionis, et perfecta soliditas, et extra maculam semper est Catholica servata Religio* =

divinam sublimemque potestatem auctoritatemque tueamini.

§. 6. Id vero haud aliter consequemini, quam si invicem consociati, et cum Apostolica Sede arcissimo vinculo conjuncti, firmissimum opponamus murum, et steraus in die prælii pro Domo Domini. Videtis non nemo quid novissime designavit. Conjunctionem vestram cum hac Sacra B. Petri Sede visus est voluisse dirimere, parum animadvertens, præyam ab hominibus huic S. Sedi infensis, quibus ille nimium tribuit, hausisse doctrinam; dum eorum opinionis ejusdem Apostolicæ Sedis auctoritati parum faventes in Fidei Dogmatibus ponit, se et Gallicanam Ecclesiam, quam falso existimat in hac sententia sibi esse consortem, ab universa Ecclesia, quæ longe aliter sentit, inscius imprudensque sejuget. Denique harum summa Nostrarum litterarum huc redit = Solliciti omnes servare unitatem Spiritus, Nobis, et Apostolicæ Sedi quam firmissime adhæreatis oportet. Hanc condemnati erunt, qui blasphemaverint, benedicti qui ædificaverint. Ipsa autem lætabitur in filiis suis, quoniam omnes benedicentur, et congregabuntur ad Dominum: Beati omnes, qui diligunt eam, et qui gaudent super ejus pace. Denique tibi, Venerabilis Frater, singularis, qua te zelo Dei tantopere flagrantem complectimur, charitatis Nostræ pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo piscatoris die VII. Novembris MDCCLXIII Pontificatus Nostri Anno sexto.

Ad quod consequendum in-  
tims conferet  
Antistitum  
nitio inter se,  
eorumque cum  
Apostolica Se-  
de consociatio.

CCCXCII.

Dat. die 14. Decembris 1763.  
Ann. VI.

De ingravescentibus quotidie in Gallia malis in Ecclesiæ perniciem agit cum Conseranensi Episcopo, quem comendat pro ejus intima unione cum Apostolica Sede.

Venerabili Fratri Josepho Episcopo  
Conseranensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam benedictionem

§. 1. **M**iseram, et ærumnosam Gallicanæ Ecclesiæ conditionem nar-  
Enumerantur  
mala quibus  
semper magis



in dies præmi-  
tur Gallica Ec-  
clesia.

rant literæ tuæ, quibus legendis prope Nobis sunt lacrymæ abortæ. Divina Ecclesiæ jura omnia sublata: Pasto-  
rales Episcoporum literæ ad populos si-  
bi commissos igni traditæ Carnificis ma-  
nu: contemptos passim Sacerdotes, atque  
ipsum adeo Christum Jesum, cujus illa  
divina vox est: qui Vos spernit me sper-  
nit: Sacræ Inquisitionis decreta rejecta  
cum dedecore et probro; lætabundam  
sese jactare impietatem, et de eversa  
prope Religione, quasi triumphos agere:  
gregibus vestris circumeuntes lupos avi-  
de inhiare: cum periculosissimis poten-  
tiis Vobis confligendum, nec nisi in  
hujus Apostolicæ Sedis auxilio spem  
ullam reliquam esse: hæc afferunt li-  
teræ Fraternalitatis tuæ sane misera, et  
luctuosa; quibus illud atrocissimum ad-  
dere potuisses, augustissimum Christi  
Corpus laicæ potestatis arbitrio notorie  
refragantibus Constitutioni *Unigenitus*:  
sacrilege præberi, atque ita Dei Filium,  
Dominum gloriæ, indignissime stipatum  
Satellitibus duci ad ludibrium, et con-  
tumeliam: quæ res tantam habet atro-  
citatem, ut ei nulla quævis æquipara-  
ri possit indignitas.

Commonet  
hunc cæteros-  
que Gallicanos  
Episcopos ne  
in impiorum  
laqueos inci-  
dant, quibus  
conantur, eos  
ab intima cum  
Apostolica Se-  
de conjunctione  
distrahere.

§. 2. Feda alia multa, et miseran-  
da Nobis narrant aliorum etiam com-  
plurium Gallicanorum Episcoporum li-  
teræ, ex quibus demum apparet, de-  
teriore statu ut sitis, unum tantummodo  
inferiorem gradum esse relictum. At-  
que illic vos deicere meditantur, qui  
in fensio huic S. Sedi animo et inimico  
Gallicanos Episcopos a Romana Bñi Pe-  
tri Cathedra abstrahere sunt ausi. Quid  
enim aliud moliantur, cum tamquam  
Fidei dogmata, populo proponunt opi-  
niones Pontificiæ auctoritati adversas,  
quibus qui assentiti esse videbantur,  
suum deprecati sunt factum, veniam-  
que ab hac Apostolica Sede petierunt;  
quas religione summa præditus Rex piis-  
simus, et immortalis memoriæ Ludo-  
vicus XIV. sancte promisit, nullum in  
Regno suo deinceps locum habituras,  
quas denique cæteræ per totum orbem  
Ecclesiæ minime sequuntur. An non vi-  
dentur Gallicanam Ecclesiam, cui pravo  
ejusmodi sensus suos falso affin-  
gunt, a cæteris totius Orbis terrarum  
Ecclesiis, et ab hac Sacra B. Petri Se-  
de voluisse revellere? Sed resistendum  
audacibus inimicorum conatibus, jun-  
ctoque agmine S. Sedi firmiter hærea-  
tis oportet, quo possimus Ecclesiam Dei  
ab eo, quod minitantur, schismate pro-  
hibere.

Conservan-  
tem laudat Epi-  
scopum pro

§. 3. Hac vero, Venerabilis Frater,  
colliortatione te non egere agnoscimus,

qui aperte scribis, Deum Vicario in  
terris suo nunquam desse, et si Nos  
sileremus putare te idem prope futu-  
rum, ac si Deus ipse quiesceret, et si-  
leret. Deo igitur gratulamur, Fraterni-  
tatem tuam cum plerisque Collegis tam  
bene animatam esse in Apostolicam Se-  
dem. Non sumus nescii, quod scribis,  
esse aliquot inter vos, sed tamen pau-  
cissimos, qui tempori ut serviant, aut  
alia deteriore, ut ais, causa tum ser-  
mone, tum etiam scriptis scandalum  
Fidelibus offerunt. Id quidem Nobis ve-  
hementer dolet, sed illud gravissimum,  
quod etiam Beatus Job præcipue de-  
plorabat: *Necessarii mei recesserunt a  
me.* Sed si quærunt quæ sua sunt, non  
quæ Christi, de hominibus placere ma-  
lunt quam Deo, si nihil commoventur  
Ecclesiæ querelis, quæ gemebunda cla-  
mat, *Filios enutrivit, et exaltavit, ipsi  
autem spreverunt me,* Nos interea mi-  
sericordissimum Deum enixe precamur,  
ut auferat ab eis spiritum hujus mun-  
di, eorum in animis Spiritum, qui ex  
Deo est, divino gratiæ suæ lumine ex-  
scitet, eosque retrahat ab involutis se-  
mitis gressuum eorum, ne in vacuum  
ambulent. Tibi denique Venerabilis Fra-  
ter, rectis sensibus eunti, Omnipotens  
Deus perficiat gressus tuos in viis suis,  
ut nunquam vestigia tua moveantur; et  
Fraternalitati tuæ, quam præcipua cha-  
ritate complectimur, singularis Nostræ  
erga te benevolentiae pignus, Apostoli-  
cam benedictionem peramanter imper-  
timur. Datum Romæ apud S. Mariam  
Majorem sub Annulo Piscatoris die XIV.  
Decembris MDCCLXIII. Pontificatus No-  
stri Anno Sexto.

sincera cordis  
sui affectione,  
qua semper  
Apostolicam  
Sedem est pro-  
sequutus.

CCCXIII.

Dat. die 17. Dec.  
1765. Anno VI.

Sardinæ Regi, ejusque Natis, et Suc-  
cessoribus facultatem indulget, ut  
Missam in Navigiis Liburnicis cele-  
brari facere possint, et valeant.

Clemens Pâpa XIII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Nuper pro parte carissimi  
in Christo filii Nostri Karoli Emmanue-  
lis Sardinæ Regis Illustris Nobis expo-  
situm fuit, quod ipse Karolus Emma-  
nuel considerans tam Officiales, quam  
Milites, Nautas, et Turmam Catholi-  
cam, aliosque Vectores, qui super Classi

Exponentur  
causæ hujus in-  
dulti conce-  
dendi.

Navigiorum Liburnicorum vulgo nuncupatorum Fregate, ac Triremium suarum reperiuntur, tempore expeditionis contra communes Christiani nominis hostes, et pro tuendis ditionibus eidem Karolo Emanueli Regi subjectis; longo tempore, et multoties in solemnioribus anni festis diebus, prout etiam quando in oris maritimis Catholicorum Principum, et in illorum Portibus existunt, tum propter anni tempestates sibi adversas, quæ minime permittunt tentorium in terra figere, et obtinere, sub quo Missæ sacrificium celebrari possit, tum propter distantiam terræ firmæ, Sacrosanctum Missæ Sacrificium audire non posse, ut hisce incommodis, et inconvenientibus (ne pietas, et devotio in Officialibus, Militibus, Nautis, Turma, et Vecioribus pro tempore existentibus minuatur) occurrere possit, idem Missæ Sacrificium, in Navigiis Liburnicis, et Triremibus prædictis celebrari facere posse plurimum desiderat. Nobis propterea dictus Karolus Emmanuel Rex humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgeret de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos piis ejusdem Karoli Emmanuelis Regis postulatis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem Karolo Emanueli Regi, ejusque Natis, et Successoribus, petitam facultatem celebrari faciendi Sacrosanctum Missæ Sacrificium hujusmodi, in dictis Navigiis Liburnicis, et Triremibus suis tempore Navigationis, tum tempore, quo Navigia Liburnica, et Triremes hujusmodi anchoratæ sunt in quibusvis oris maritimis, et litoribus, ac Portibus habitatis, et non habitatis, et dummodo celebratio prædicta eo tempore, quo mare tranquillum, et Coelum serenum reperiatur, et cum assistentia alterius Presbyteri, seu Diaconi fiat, ita ut periculum effusionis sanguinis in dicta celebratione minime adsit, auctoritate Apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die decima septima Decembris millesimo, septingentesimo sexagesimo tertio, Pontificatus Nostri anno sexto.

Sardinie Regis religiosæ postulationi Pontifex annuit, designatis opportunis cautelis.

CCCXCIV.

Dat. die 31.  
Dec. 1763. Anno VI.

Noyas Duci, et Venetæ Republicæ quærelas dirigit, quod nondum expulerint ab Ecclesia S. Georgei Schismaticum Episcopum, iterumque hortatur, ut Catholicæ Religionis consulant, neque sinant, Apostolicam Sedem ad suam interponendam auctoritatem compelli.

*De hac eadem materia adsunt Epistolæ 27. Febr. 1762. et 23. Januarii hujus anni relatæ hoc Tom. II. Num. CCLXVII. pag. 224 et CCCXXXV. pag. 334.*

Dilectis Filiis Nobilibus Viris Duci, et Republicæ Venetiarum.

Clemens PP. XIII.

Dilecti filii Nobiles Viri salutem, et Apostolicam benedictionem

§. 1. Sæpe antea per literas apud vestras Nobilitates, de Græcorum schismaticorum isthic commorantium conquesti sumus audacia, qui in Ecclesiam S. Georgii invadere sunt ausi, eamque schismatis foeditate polluere. Cumque id responsum semper a vobis tulerimus, quod quidem Nobis de spectata jam satis omnium vestrum in Catholicam Ecclesiam voluntate persuaderet, nihil tamen de efficaci aliqua ratione afferret, qua eorundem Græcorum, qui sunt apud vos catholica fides et unitas conservari possit incolumis, adhuc ad vos scribere constituimus, nec unquam clamando finem faciemus, fidemque vestram usque adeo implorabimus, donec aspersam illi Ecclesiæ tam turpem maculam eluatis. Urget divini honoris tueudi, fideique et unitatis Catholicæ conservandæ officium, a quo in animæ Nostræ perniciem recedere plane non possumus. Tempus teri videmus non sine magno animi Nostri dolore, et ab eo, qui est Judex vivorum, et mortuorum vehementer Nobis metuemus, quod hac patimur cunctatione, tam turpe dedecus in Ecclesia Dei, tantamque indignitatem cum maxima fideliū offensione propemodum inveterascere.

§. Quamquam dum in hac acerba, quæ Nos maxime territat, cura, et cogitatione versamur, multum animi Nostri ægritudinem spes illa demulcet, quam in vestra, ad quidvis Deo, ejusque honori, et gloriæ præstandum pa-

Præcedentes literas Venetæ Republicæ super re perscriptas, commemorat.

Valde confidit Pontifex in religione, sapientia, atque prudentia Venetorum Magistratum.

ratissima voluntate, tum etiam in illa sapientia et æquitate posuimus, cujus præcipuam laudem mirifica sane omnium consiliorum vestrorum prudentia vobis peperistis. Quid enim a vobis petimus amplius, quam quod ab ipsis majoribus vestris, Orthodoxæ fidei inter Græcos conservandæ, Græcique ritus Catholici in Ecclesia S. Georgii unice exercendi maxime cupidis, sapientissimo consilio decretum fuit? Voluerunt enim, Ecclesiam illam omnino esse in præcipua Sedis Apostolicæ potestate, et ab ea suspensas habere rationes suas, unde originem duceret, quam conditionem probe nostis, Dilecti Filii Nobiles Viri, Græcis extruendæ illius Ecclesiæ cupidus a Senatu vestro disertis fuisse verbis impositam.

Ecclesia Sancti  
Georgii ex  
Pontificum vo-  
luntate pro  
Græcis Catho-  
licis ædificata,  
sub immediata  
Apostolico Se-  
dis potestate  
collocata fuit.

§. 3. Et Prædecessor quidem Noster felicitis recordationis Leo X, qui videret Græcos rem divino cultui augendo, et Religioni amplificandæ utilem postulare, iis non modo potestatem dedit illius Ecclesiæ ædificandæ, sed ipsam Ecclesiam, et Presbyterum, qui sacramenta Græcis administraret sibi seposuit, voluitque, ut in postremum essent sub immediato Sedis Apostolicæ patrocinio. Græcos deinde, quod Apostolico favore se præbuisent indignos, fel. rec. prædecessor Noster Clemens VII. eo beneficio privavit, quos rursus præd. itidem Noster Paulus III. in suam gratiam receptos in pristinum statum restituit. Ex quo perspicuum est, Ecclesiam S. Georgii, quæ Venetiis est, Græcosque isthic commorantes in Apostolicæ Sedis peculiari semper fuisse clientela, et Pontificia gratia, et favore floruisse. Quænam autem, aut unde tam nova, tamque inopinata rerum animorumque hæc immutatio? Ut non modo a Romani Pontificis potestate, sed a cujuscumque Catholici Episcopi jurisdictione eam Ecclesiam quisquam isthic moliat subducere, et a Catholica communione sejunctam, sacramentisque a schismatico homine administrandis fœdissima violatione profanam velit?

Item sacri-  
legam Schisma-  
ti viri electio-  
nem eonde-  
mnat in Anti-  
stitem Ecclesie  
S. Georgii de-  
putati.

§. 4. Atque ipsum id est, quod schismaticorum turbam quamdam Græcorum moliri perspicuum est, qui vestro patrocinio, et auctoritate temere abusi, sacrilegum illum Sacerdotem nomine facea, ad Præbyteratus Ordinem promotus, in schismate, et schismaticis, Episcopalem consecrationem consequutum, sibi constituerunt Episcopum; quem propterea certo scimus Apostolici Ministerii Divina carere missione; quem omnis legitimæ auctori-

tatis expertem, quem ab Ecclesia extorrem, quem denique a Sedis Apostolicæ, quæ petra est, et Christianæ unitatis fundamentum, certo novimus, omni esse communione sejunctum. An non igitur ejusmodi hominem commissum sibi Gregem existimabimus proditurum? An non illum ad pestiferæ doctrinæ pascua adducet, venenatisque animi sui sensibus imbibet? An non quam longissime oves arcebit ab ovile Christi, quod est Ecclesia cum Capite suo conjuncta? Quid tali homine extitius, qui summum animabus sibi concredit perniciem afferat? Neque enim dubitari potest, qui extra Ecclesiam sit, ei spem salutis omnem esse adentam.

§. 5. Itaque homini aperte schismatico, et ab Ecclesia Catholica segregato, in inclyta vestra, carissimaque Patria Nostra, si spirituali Græcorum tradita sit gubernatio, quantam inde censetis ad animas Jesu Christi sanguine redemptas perventuram esse perniciem? Prophanum enim Altare erigitur, Dominico Gregi Pastor, immo verius præficitur Lupus, cum quo quisquis communicet, et ab eo divinum fiat particeps Mysteriorum, a vera Jesu Christi Ecclesia desciscit, unitatemque abruptit Catholicæ communionis. Quinam vero honorum omnium, et quotquot cupidi sunt Veneti honoris, et dignitatis, futurus est dolor, cum schisma in media Civitate exulans videbunt, et gestiens de Ecclesia Catholica quodammodo triumphare?

§. 6. Procul igitur, sine cunctatione ulla, hominem isthinc abigite, qui signum extulit divisionis; Majorumque vestrorum decreta in memoriam vestram revocate, quorum Decemvirales leges, tum veteres, tum novissimæ jubent, in Ecclesia S. Georgii soli Catholicæ Religionis dari locum: amovendum quidquid Religionis, et Fidei integritatem, castitatemque maculare possit, atque polluere: prædecessorum Nostrorum, quæ de illius Ecclesiæ fundatione prodierunt Constitutiones, sancte servandas: Ecclesiæ Cappellanos non aliunde sumendos quam ex Catholica Ecclesia, et Catholicæ communionis participes: eosdemque non prius ad Sacrum Ministerium adhibendos, quam in manibus Nostri, et Sedis Apostolicæ apud Vestram Nobilitates Nuncii, aut Venetiarum Patriarchæ Catholicam fidem profiteantur: pellendos denique omnes, in quibus aliqua suspicio schismatis resideret. Has, dilecti Filii No-

Quantum da-  
ma sit Catho-  
licæ Religionis,  
si schismaticus  
Antistes ulterius  
in Ecclesia  
administratio-  
ne tolleretur.

Vetera decreta  
Venetæ Repub-  
licæ commem-  
orat, quibus  
consultum fue-  
rat gubernio  
Ecclesiæ Sancti  
Georgii.

Biles Viri, anno MDCCXX leges tulistis, quibus ea, quæ per duo sæcula sæpe Majores vestri constituerunt, sapienti religiosoque consilio confirmastis. Cum igitur propter vestram in veteribus retinendis conservandisque institutis, et legibus gravitatem atque constantiam, Republica sitis usis usque ad hanc diem optima, et florentissima; qua ratione, ubi de Religione agitur, cui veluti præcipuo fundamentò ipsam existimatis positam esse stabilitamque Rempublicam, ab antiquis Majorum vestrorum scitis, decretisque vobis fas esse existimabitis declinare? Sed ut per veritas vestras, quem a Majoribus duxistis, idem sanguis diffunditur, sic illorum spiritus, eosdemque sensus omnes putamus vos in animo gerere; nec futurum suspicamur, ut ab ea via, qua illi ad tantam gloriam, et amplitudinem pervenerunt, ullo unquam tempore vos reflexisse videamini. Contra sperare Nos jubet, pietatis, et Religionis, quo alti, educatique estis; vos ut in cæteris, ita in hac re vestrorum Majorum pressuros esse vestigia.

§. 7. Cæterum quis esset animi Nostri dolor, si res eo deduceretur, ut Apostolici Nostri muneris cogeremur exequi officium, cujus partes sunt pestifera pascua gregi defendere, et benevalentes oves, et incorruptas a morbidis segregare, ut quæ extra caulam Domini, et quæ contra sint intra Ecclesiæ septa, quivis quam facillime possit dignoscere? Quod Pastoris præcipuum munus ne deseramus, assidue Nos terret durissimum futuri sæculi iudicium, cum Nostræ gubernationis summo Iudici rationes sumus reddituri, eodemque oportere vos esse in metu, dilecti Filii Nobiles Viri, de omnium vestrum æterna salute solliciti paterno, animo vos admonemus; reddenda enim itidem vobis est ratio ejus potestatis, quam a Deo ad administrandam Rempublicam accepistis. Cogitate quæ tum esset animorum vestrorum anxietas, si vos Deus argueret, in ea positos potestate ad temporalia magis vos habuisse respectum, quam ejus honori et gloriæ inservisse. Igitur in hac re quo demum vestrorum consiliorum redeat summa, a Nobilitatibus vestris petimus plane, et aperte fieri certiores, ut possimus inde Nostra itidem consilia capere, quæ nisi alterius ordinis rationibus deflectantur, ne dubitetis eo semper fore conversa, ut firmiora, et illustriora extent in dies summæ erga vos, inclytamque vestram Rempubli-

*Bull. Rom. Tom. II.*

cam Apostolicæ benevolentiae, et charitatis Nostræ argumenta, cujus interea pignus, paterno Nostri cordis affectu, vobis dilecti Filii Nobiles Viri, Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris die xxxi. Decembris MDCCLXIII Pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXCV.

Dat. die 14. Jan.  
1764. Ann. VI.

S. R. I. Principibus, ad eligendum Romanorum Regem congregatis, comendat Josephum Austriæ Archiducem, cujus virtutes, et merita designat.

Venerabilibus Fratribus, ac dilectis Filiis Nobilibus Viris S. R. I. Principibus Electoribus, Francofurti ad eligendum Romanorum Regem congregatis.

Clemens PP. XIII.

Venerabiles Fratres, et dilecti filii Nobiles Viri salutem, et Apostolicam benedictionem.

§. 1. **U**bi primum accepimus a vobis cogitari de Romanorum Rege eligendo, quo tamquam novo subsidio præfulciatur Imperium, et confirmetur, incredibili voluptate perfusi sumus; et in eam spem venimus, futurum ut novo hoc præsidio addito, validiores capiat vires ipsa etiam Ecclesia, et Catholica res universa. Hanc vero spem Nostram plane exploratam habebimus, si Regia illa dignitas, dilectissimo in Christo Filio Nostro Josepho Austriæ Archiduci tribuetur, qui magna indole præditus et excelsa, multis adhuc, et luculentis ostendit iudiciis ab utraque clarissimorum Parentum toto terrarum Orbe inclyta stirpe, Regios sibi esse ingeneratos mores, eorumque sanctissima disciplina, suo inditum esse animo, summum in Religionem studium, egregiamque illam pietatem, quæ propria semper fuit Lotharingii, et Austriaci sanguinis. Quamobrem egregii Principis, cujus ex virtutibus magna Nobis et præclara merito pollicemur, electionem hanc, summa vestrum consensione fieri, magnopere cupimus; nec quidquam Nobis est longius, quam ut Germaniam universam de tanto bono sibi lætabundam gratulari videamus.

Suum Principibus Electoribus desiderium exprimit pro electione Josephi Austriæ Archiducis in Romanorum Regem.

Suum exprimit dolorem, quoties ad tot mala renovanda, Apostolicæ Sedis auctoritatem interponere cogere.

Eisdem Principibus Electoribus in unum congregatis Religionis negotia commendat, illiusque tutelam.

§. 2. Vos interea, Venerabiles Fratres, ac dilecti Filii Nobiles Viri, obtestamur in Domino, et obsecramus, ut quoniam isthuc convenistis, communibus studiis ad Christianæ Religionis tutelam cogitationes omnes, quod pietas vestra postulat, conferatis, eaque capiat consilia, quæ omnibus palam faciant, vos fidei incolumitati, Ecclesiæque sanctissimis juribus voluisse consultum. Hunc vero quæ pertinent, ne longiores simus, Venerabilis Frater Nicolaus Archiepiscopus Trajanopolitanus, quem ad vestra Comitia, Nostrum, et Apostolicæ Sedis mittimus Nuncium, vobiscum communicabit; cuius verbis eandem a vobis fidem petimus adhiberi, quam Nobis ipsis adhiberetis. Vestræ autem non modo humanitatis, sed etiam in hanc Sacram B. Petri Sedem devotionis erit, virum generis nobilitate, doctrinæ præstantia, morumque gravitate spectatissimum, Nostroque nomine gerentem publicum hujus Sanctæ Sedis negotium, iis prosequi honoribus, et officiis, quæ vestram arguant Religionem, et quam Ecclesiæ universæ Capiti semper exhibuistis dignam Catholico nomine reverentiam; vobisque, Venerabiles Fratres, ac dilecti Filii Nobiles Viri, præcipuæ Nostræ erga vos charitatis pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XIV. Januarii MDCCLXIV. Pontificatus nostri anno sexto.

Dat. die 14. Jan.  
1764. An. VI.

CCCXCVI.

Indulget quod in futura Romanorum Regis electione, etsi Electores A catholici convenerint, attamen ea firma, et valida habeatur, sanæque quoscumque defectus, etiamsi Franciscus, in Romanorum Imperatorem electus, nondum fuerit coronatus.

Venerabili Fratri Emerico Josepho  
Archiepiscopo Moguntino S. R. I.  
Principi Electori

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam benedictionem

Cum ob præclara in Christianam Rempublicam, et Catholicam Re-

ligionem merita carissimi in Christo Filii Nostri Francisci Lotharingæ, et Barri Ducis, nec non Etruriæ sibi subiectæ Magni Ducis in Romanorum Imperatorem electi, magnamque indolem præspectamque dilectissimi in Christo itidem Filii Nostri Archiducis Austriæ Josephi ejusdem Francisci primogeniti virtutem, qua ætatem anteverit, de ipso Josepho in Francofurtensi Principum Electorum conventu, in Romanorum quoque Regem concordibus eorum suffragiis renunciando, ut geminato in Cæsarea Domo munimento, publica fulciatur felicitas agi posse judicaverimus; omnibusque temporum, et personarum ponderatis rationibus, et momentis, probemus hanc fieri electionem: cumque electio ipsa legitime profusus et sine defectibus peragi non possit, Electorum Principum Catholicorum religioni, pietati, et zelo plurimum tribuentes, utque omnis occasio quarumcumque difficultatum, ac perturbationum, quæ inde forsitan oriri possent, de medio auferatur, huic rei benigne consulere decrevimus. Quamvis igitur inter Electores intervenirent A catholici, legitimo jure minime suffulti, vel ipsorum administri, tamen electionis vim, firmitatem, et robur fore volumus, ac si ab omnibus Electoribus, et ipsis quidem Catholicis, recte atque ordine facta fuisset, pariterque huic novi Romanorum Regis electioni minime hac vice obstare decrevimus, quod memoratus Franciscus in Imperatorem electus, nondum fuerit coronatus: hos enim defectus omni efficaciore, et validiori ratione, et auctoritate plane supplernus. Plura de hoc a Venerabili Fratre Nicolao Archiepiscopo Trajanopolitano, Nostro extra ordinem Nuncio, cognoscet Fraternalitas tua, cui interim Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIV. Januarii MDCCLXIV. Pontificatus nostri anno sexto.



Dat. die 29.  
Jan. 1764. An-  
no VI.

CCCXCVII.

Conventus Divi Francisci Civitatis Assisi-  
sii ab jurisdictione Provincialis Pro-  
vinciæ Umbriæ eximitur, et sub im-  
mediata Generalis subjectione ponitur  
ad instar Conventus SS. XII. Aposto-  
lorum de Urbe.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Exordium

§. 1. Suprema Apostolicæ charita-  
tis, providentiæque Nostræ erga om-  
nes Christifideles, atque eos potissimum,  
qui e fluctibus sæculi erepti, da tranquil-  
lum Religionis portum confugerunt, ad-  
hibenda Nobis cura maximopere postu-  
lat, atque exigit, ut omnem Pontifi-  
ciæ benignitatis, auctoritatisque ope-  
ram, consiliumque in hoc studiosissi-  
me collocemus, ut dissidiis, dissen-  
sionibusque procul amotis, atque eli-  
minatis, ubi opus esse constiterit, om-  
nia, inter viros præsertim Religiosos, in  
pace fiant, et omnia ad Divinum cul-  
tum adaugendum, Regularem discipli-  
nam confirmandam, procurandamque  
æternam animarum salutem compo-  
nantur, constabulanturque.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper  
fecit Venerabilis Frater Joannes Baptista  
Colombini Archiepiscopus Beneventanus  
Minister Generalis Ordinis Fratrum Mi-  
norum Sancti Francisci Conventualium  
nuncupatorum, quod sacer Conventus  
sub invocatione ejusdem Sancti Franci-  
sci Civitatis Nostræ Assisiensis dicti Or-  
dinis, licet ab antiquo, et immemora-  
bili tempore, usque ad præsentem diem,  
peculiari devotione ab universo Ordine  
prædicto, et ab illius Superioribus, et  
Alumnis, quippe quod in illi adnexa  
Patriarchali Ecclesia corpus ejusdem San-  
cti Francisci, ut pie creditur requiescit,  
semper habitus, retentusque fit, nihi-  
lominus magnas perturbationes pertu-  
lerit, ac gravibus molestiis assidue sub-  
jectus remaneat, attentis civilibus dis-  
sensionibus, partiumque studiis inter  
Fratres, seu filios memorati Conventus  
ex una, et Superiores Provinciales Pro-  
vinciæ Umbriæ dicti Ordinis, intra cu-  
jus limites dictus Conventus reperitur,  
ex altera partibus, vigentibus, absque  
eo, quod ad illas sedandas, componen-  
das, et pænitus evellendas satis fue-  
rint, sive prærogativæ, gratiæ, pri-  
vilegia, et indulta eidem Conventui, et  
Ecclesiæ prædictæ ab Apostolica hac San-

cta Sede concessa, et impertita, sive  
decretum per modum ultimi judicii,  
aut definitivæ Sententiæ a Generali me-  
morati Ordinis Diffinitorio in Alma Urbe  
Nostra Anno MDCCXXXI. in unum  
congregato latum, et publicatum, quo  
omnimoda auctoritas, jurisdictio, et  
Superioritas supra Conventum hujusmo-  
di in omnibus, Ministro ipsius Ordinis  
Generali pro tempore existenti priva-  
tive ad quoscumque Superiores Provin-  
ciales commissa, demandata, et adju-  
dicata remansit.

§. 3. Ipse vero Joannes Baptista Ar-  
chiepiscopus, et Minister Generalis ve-  
retur, ne repetitæ controversiæ, et dis-  
sensiones hujusmodi, quæ præter, et  
ultra charitatis defectus, religiosam quie-  
tem, et regularem observantiam per-  
turbare solent, atque non minimam  
confusionem præsertim iis Professoribus  
servitio dictæ Ecclesiæ addictis afferre  
dignoscuntur, tractu temporis magna dis-  
sidia, et damna excitare valeant; cum  
autem sicut ipse Joannes Baptista Ar-  
chiepiscopus, et Minister Generalis exi-  
stimat esse, et existere causas, quæ  
ejusdem Conventus quietem turbare per-  
gunt.

§. 4. Prima est incorporatio hujus-  
modi Conventus Regulari Provinciæ Um-  
briæ, cujus propterea filii habentur Fra-  
tres dicti Conventus, qui in eadem vo-  
eis activæ, et passivæ jure in quibus-  
vis Capitulis, sive Congregationibus in-  
termediis fruuntur, eaque de causa ac-  
cidit, ut Ministri Provinciales Provin-  
ciæ prædictæ pro tempore existentes  
jus, auctoritatemque contendunt in eo  
exercere saltem in aliqua parte facien-  
di visitationem tam in Novitios, quam  
in Novitiatus locum, eo quod satis rati-  
oni consentaneum ipsis videatur in Con-  
ventu, qui eidem Provinciæ aggregatus  
est, et intra illius limites existit, Pro-  
vinciales Ministros saltem aliqua Juris-  
dictione gaudere, id verò illius Fratres  
seu filii concedendum esse minime senti-  
unt, neque opinantur, et arbitrantur  
aliquem in eorum, Conventusque præ-  
dicti Superiorem agnoscere debere, quam  
Ministram Generalem pro tempore exi-  
stentem, postquam dictum Diffinitorium  
Generale id ipsum sanxit, decrevitque.

§. 5. Altera vero causa magis im-  
mediata, unde prima originem ducit,  
est jus filiationis hujusmodi Conven-  
tui, quo gaudent illius Fratres, aut  
nomine dicti Conventus ad habitum per  
Fratres ipsius Ordinis gestari solitum ad-  
missi, aut Conventui prædicto aggrega-  
ti; vigore autem dictæ filiationis Fra-

Qua tamen im-  
mediata subje-  
ctione non ob-  
stante, plura  
adherent adhuc  
dissentionis  
causæ.

Et prima qui-  
dem dissidio-  
rum causa ha-  
bentur ex in-  
corporatione  
Conventus As-  
sisiensis Pro-  
vinciæ Um-  
briæ.

Itemque dissi-  
diaangebantur  
ex filiatione  
qua gaudent  
Fratres Con-  
ventus Assi-  
sensis.

Ad evitanda  
dissidia inter fi-  
lios Conventus  
Assisiensis, et  
Ministros Pro-  
vinciales, us-  
que ab Anno  
1741 a Diffini-  
torio Generali  
Ordinis de-  
mandata sunt  
immediata sub-  
jectione dicti  
Conventus Mi-  
nistro Generali.



tres sæpediti Conventus etiam filii hujusmodi Provinciæ existunt, et pro illis habentur, et omnibus privilegiis, et prærogativis, quibus cæteri Provinciæ prædictæ filii fruuntur, et reliquis aliorum illius Conventuum filiis communes sunt; præsertim voce activa, et passiva gaudentibus, potiuntur itidem, et gaudent. Ex hujusmodi filiationis consuetudine aliud inconveniens ortum habet, illudque est, nempe cum filii Conventui prædicto aggregati, aliquando non satis bene morati, aut minus apti ad servitium exhibendum, sive Conventui, sive illius Patriarchali Ecclesiæ hujusmodi succedant, tamen magno cum aliorum onere tollerari debent ex una, ex altera vero partibus Ministro pro tempore existenti Generali ipsius Ordinis via non raro præcluditur aliorum pietati, qui Sacri hujus Conventus servitio destinari postulant, satisfaciendi, aut idoneos, et probatæ vitæ viros aliunde accersendi, quibus summo opere opus esset pro debita assistentia ejusmodi Ecclesiæ, tanta piorum hominum, et advenarum multitudine frequentatæ.

§. 6. Censet vero ipse Joannes Baptista Archiepiscopus, et Minister Generalis, quod hujusmodi causæ, et rationes facile auferri possent, quoties ad eundem Conventum Assisiensem ipsa regiminis forma extendatur, quæ ad decorem, pacemque conservandam, et servandam pro Conventu Sanctorum Duodecim Apostolorum Almæ Urbis Nostræ sæpediti Ordinis, per illius Constitutiones, auctoritate Apostolica confirmatas, præscripta est, quam quidem formam non solum peculiaris quinque ex venerabilibus Fratibus Nostris S. R. E. Cardinalibus Congregatio a Nobis deputata per Sententiam confirmavit, in causa vertente inter tunc existentem Ministrum Provinciale[m] Provinciæ Romanæ ex una, et Fratres secundodicti Conventus Sanctorum Apostolorum ex altera partibus sub dubio inter cætera = nempe = An Conventus Sanctorum Duodecim Apostolorum de Urbe sit immediate subjectus Ministro Generali, et omnino exemptus a jurisdictione Ministri Provincialis Provinciæ Romanæ; et præsertim a Visitatione, absente Ministro Generali, in casu ec. = Verum etiam Nos Conventum hujusmodi intuitu rescripti dictæ particularis Cardinalium Congregationis per quasdam Nostras in simili forma Brevis die xv. Septembris MDCCLIX. expeditas literas, a quacumque pro tempore existentis Ministri Pro-

vincialis dictæ Provinciæ Romanæ jurisdictione, et auctoritate exemimus, et liberavimus, et alias prout in dictis Nostris literis uberius dicitur contineri.

§. 7. Per Constitutiones verò præfatas cautum, præscriptumque reperitur, ut in secundodicto Conventu Sanctorum Duodecim Apostolorum, relicta illius filiationum consuetudine, quarum vigore Professores dicti Ordinis Conventibus addicti reperiuntur, et existunt filii, in quorum filios cooptantur, non ex Romana solum, sed ex omnibus indiscriminatim sæpediti Ordinis Provinciis, conveniens dicti Ordinis Professorum in Sacro Presbyteratus Ordine constitutorum, et in Sacra Theologia magistrorum, doctrina, et pietate præditorum; numerus a Ministro tunc existente Generali vocatur (Patres Capitulum Conventuale dicti Conventus Sanctorum duodecim Apostolorum de Urbe constituentes, Patres de Domo, seu vulgo *di Casa* nuncupantur, ad denarium numerum redacti sunt vigore binarum literarum in pari forma Brevis a rec. me. Clemente Papa X. Prædecessore Nostro x. Junii MDCLXX. et vii. Martii MDCLXXIV. respective diebus, et annis expeditarum, qui Patres, si contingat aliquem ex illis ab hac luce migrare, aut locum sibi assignatum per liberam dimissionem cedere, seu renunciare, seu quocumque alio modo vacare, per secreta suffragia per eos præstanda, alterum ex quacumque ipsius Ordinis Provinciis præscriptis qualitatibus præditum, eligant, qui in locum, ut præfertur, per obitum, aut renunciationem, aut ex quacumque causa vacantem succedat, qui deinde a tunc existente Ministro Generali vocatus, et in illo collocatus remanet, nisi alia legitima sibi suadente ratione id exequi minime sibi visum fuerit) quorum sit, statui Conventus prædicti economico invigilare, atque Ecclesiæ una cum aliis dicti Ordinis Professoribus, qui ab eodem Generali Ministro ibidem de familia assignati, ac collocati, sacris Ecclesiasticis functionibus persolvendis, cæterisque Regularis observantiæ Officiis adimplendis incumbunt, inservire, quodque nullo modo sive dictus Conventus, sive illius Fratres in eo pro tempore existentes, sive fratres de domo nuncupati, sive de familia assignati, Ministro Provinciali dictæ Provinciæ Romanæ subjecti sint, neque fratres ejusdem Conventus negotiis memoratæ Provinciæ, illiusque Capitulis, et Congregationibus sese ingerant, nisi aliquis ex illis aggregatus existat, alicui Conventui ipsius

Ad quas dissidiorum causas eliminandas, Minister Generalis plurimum conferre putat, si ea amplectantur media adhibita, Apostolica auctoritate, pro Conventu SS. XII. Apostolorum de Urbe.

Describitur methodus cooptata pro Conventu SS. XII. Apostolorum de Urbe super filiatione illorum qui præfudato Conventui addicti sunt.

Provinciae in filium, sed omnes praedicti Ministrum Generalem pro eorum immediate superiorem habeant, et recognoscant;

§. 8. Si similis forma gubernii pro dicto Conventu Assisiensi statueretur, et Conventus hujusmodi a subjectione, et jurisdictione dicti Ministri Provincialis Umbriae eximeretur, et Ministro Generali Ordinis subiceretur, dictus Joannes Baptista Archiepiscopus, et Minister Generalis sibi suadet, quod in posterum omnes perturbaciones, et dissentiones dirimerentur, et componerentur, idque in commodum, utilitatemque memorati Conventus cadere, in quo semper congruens Professorum probitate, prudentia, idoneitate, et morum honestate, ac Religionis zelo praedictorum numerus magno cum illius decore, et Ecclesiae servitio assignaretur. Quoniam vero complures sint fratres in saepedicto Conventu, qui nullum habent alium filiationis titulum (sine quo nemo ad habitum, et Professionem admitti potest) nisi in dicto Conventu; ipse Joannes Baptista Archiepiscopus, et Minister Generalis, ne novae perturbaciones in dicto Conventu Assisiensi excitentur, et diu vigeant, ad illas praecidendas, et omnino eliminandas proprium, et consentaneum esse ducit, satisque Conventus hujusmodi indigentiae consultum foret, si idem Conventus a memorata Provincia Umbriae disjungatur (prout alius Conventus Sanctorum Apostolorum de Urbe praedicta a Provincia Romana separatus fuit) atque (servata filiatione ad favorem illius Professorum, qui illa de praesenti gaudent) statuatur, ne deinceps aliqua filiatio in eo fieri possit, sed deficientibus tractu temporis filii ipsiusmet Conventus de praesenti existentibus, vocentur ex omnibus non solum ex Italia, verum etiam ex exteris Provinciis Ordinis praedicti, usque ad numerum decem, sacrae Theologiae Magistri, et Diffinitores perpetui, quatuor autem in sacro Presbyteratus Ordine constituti, non tamen graduati sint, qui omnes Capitulum Conventuale constituant, eisque oeconomicae dicti Conventus administrationis onus incumbat, omnes vero in posterum ex omnibus supradictis provinciis, ut praefertur, vocandi, et in praedicto Conventu collocandi, suam in unaquaque provincia, et unaquaque illarum, Conventuum filiationem servent, absque eo, quod habeantur, seu censeantur filii memoratae Provinciae Umbriae, omnesque praedicti voce activa, et passiva in ea minime gaudeant, nisi

forte filius ipsius Provinciae, aut ex-Generalis dicti Ordinis, qui absoluto munere Ministri Generalis in ipso Conventu pro sua devotione remanere intendit, extiterit.

§. 9. Ac insuper sicuti in dicto Assisiensi Conventu, Theologiae Scholasticae, et Dogmaticae studium, seu, ut dicitur, Collegium Studii (quod partem Regularis illius Familiae constituit) de praesenti reperitur, etiam amoveatur, ac in illius locum studium Theologiae moralis sufficiatur, non solum quia prior facultates graviolem praesentis studii curam requirunt, Juvenes studentes, studiorum nempe, et diurnae novem circiter horarum inter diem, et noctem sacrorum officiorum persolutionis onus ferre nequeunt, absque notabili saepe valetudinis detrimento, quemadmodum longo experimento compertum est, verum etiam quia uno saltem ex singulis Provinciis vocato ex fratribus studentibus, qui arduis facultatibus capeendis, haud idonei sunt (quorum animus inutiliter solet esse distractus) merito sperari potest, tum ab exacta Regulari observantia, quae in hujusmodi Conventu viget, tum a complurium Professorum ibidem commorantium probitatis exemplo, et vivendi ratione, quae statim regulari consentanea est, sensim addiscere, atque eo pacto, cum ad proprias Provincias sese restituerint, ceteris etiam in aedificationem esse possunt.

§. 10. Et ad hanc quoque effectum dictus Joannes Baptista Archiepiscopus, et Minister Generalis omnibus Provincialium Italicarum Ministris Provincialibus in animum adducere intendit, ut singulis annis in dicto Conventu Assisii, pro Novitiatu etiam destinato, unum Adolescentem, ad habitum dicti Ordinis in statu Clericorum admissum, mittant, ut ibidem Novitiatus annum expleat, idque deinde in omnes Provincias magnam cederet utilitatem, et Conventui, attentis assiduis Ecclesiasticis functionibus praedictis, quae in Patriarchali Ecclesia peraguntur per-utile erit. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignemur.

§. 11. Nos igitur ipsum Joannem Baptistam Archiepiscopum, et Ministrum Generalem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte

Itemque suppressio studiorum Theologiae Scholasticae, et Dogmaticae, atque suffectio studii Theologiae Moralis.

Tandem deputatio annualis unius Alumnii ex qualibet Italica Provincia, ut in Conventu Assisiensi Novitiatus annum expleat.

Pontifex Ministri Generalis votis annuus, Assisiensem Conventum ab omnimoda subjectione Ministri Provincialis Umbriae eximit.

Hinc per-utile fore proponitur, si subjectione Ministro Provinciali Provinciae Umbriae remota, et filiatione suppressa, Ministro Generali Conventus Assisiensis subiciatur.

incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, sæpeditum Conventum Sancti Francisci Ordinis Fratrum Minorum ejusdem Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum Civitatis Assisii, nec non illius fratres nunc, et pro tempore existentes, nec non bona mobilia, et immobilia, res, et jura quæcumque adnexa, et connexa a quacumque jurisdictione, subjectione, auctoritate, visitatione, et correctione tam moderni, quam pro tempore existentis Ministri Provincialis Provinciæ Umbriæ præfatæ dicti Ordinis, sive per dictas Constitutiones Ordinis, sive peculiare ejusdem Provinciæ, sive per quodcumque aliud privilegium illi concessum tradita, commissa, et demandata, præmissis quibusvis non obstantibus, quibus per præsentem derogamus, auctoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuo eximimus, et liberamus.

Assisiusis  
Conventus sub  
immediata sub-  
jectione, regi-  
mine, et guber-  
nio Ministri Ge-  
neralis ponitur.

§. 12. Dictumque Conventum Assisensem, illiusque fratres, bona, jura, adnexa, et connexa per Nos per præsentem ab omnimoda jurisdictione, subjectione, auctoritate, visitatione, et correctione, sicut præmittitur, exempta, et liberata, omnimodæ, et immediatæ jurisdictioni, subjectioni, auctoritati, visitationi, et correctioni, sive moderni, sive pro tempore existentis Ministri Generalis ipsius Ordinis, auctoritate, et tenore præsentis semper, et perpetuo itidem subijcimus, et supponimus, dictisque Ministris in omnibus, et per omnia in præmissis subiectum, et suppositum semper, et perpetuo esse, et fore decernimus, et declaramus; ita ut tam modernus, quam pro tempore existentes Ministri Provinciales Provinciæ Umbriæ prædictæ, a publicatione præsentium Nostrarum litterarum, in dicto Convento Sancti Francisci Civitatis Assisii, ac in illius Custodia, fratres, et bona quæcumque nullus actus visitationis, jurisdictionis, auctoritatis, et correctionis exercere, neque illam, et illos visitare, minusque libros, et computa expensarum, ac introiti, seu fructuum, reddituum, et proventuum recognoscere, neque quidquid aliud ad munus Ministri Provincialis quocumque modo, jure, et pacto, sive per generales dicti Ordinis, sive peculiare ipsius Provinciæ Constitutiones præscriptum spectans explere queant.

Ministro Ge-  
nerali committitur  
etiam econo-

§. 13. Præterea attentis omnimoda, et immediata dicti Conventus As-

sisiensis jurisdictione, subjectione, auctoritate, visitatione, et correctione, Ministro Generali prædicto pro tempore existenti per præsentem demandata, illius etiam economicum regimen, curam, et administrationem honorum, jurium, fructuum, reddituum, et proventuum ad formam per Constitutiones dicti Ordinis, et juxta dispositionem dictarum, litterarum dicti Clementis prædecessoris pro eodem Conventu Sanctorum duodecim Apostolorum de Urbe prædicta præscriptam, illius Religiosis, seu Patribus nunc, et pro tempore existentibus, auctoritate, et tenore præsentis itidem perpetuo committimus, et mandamus.

§. 14. Patres autem dicti Conventus Assisii etiam Patres hujusmodi Conventus, sicut illi Conventus Sanctorum Apostolorum Patres de Domo nuncupantur, deinceps vocentur, qui decem semper in Sacra Theologia Magistri, et Diffinitores perpetui (comprehensio in dicto denario numero ex-Generali, si absoluto munere in dicto Conventu remanere desideraverit) quatuor vero in Sacro Presbyteratus Ordine constituti, nullo Magisterii gradu fruente sint, qui Capitulum Conventuale constituent, et in eo vocem habeant, dictusque quatuordecim Vocalium numerus nunquam excedatur; pro constituendo vero dictorum decem, et quatuor filiorum, seu Patrum Conventus hujusmodi numero, comprehensis tamen in eo numero illis, qui tanquam filii dicti Conventus habitum per Fratres dicti Ordinis gestari solitum susceperunt, de præsentem existunt, quatenus vero de præsentem tot non reperiantur illius filii, qui prefixum Vocalium numerum minime constituent, cæteri ad perficiendum dictum præscriptum numerum, non solum ex Italicis, sed etiam ex exteris, sive transmontanis ipsius Ordinis Provinciis, supradictis requisitis præditi, tam de præsentem, quam in posterum vocentur, sive a moderno, sive a pro tempore existente Ministro Generali prædicto, omnes vero proprias uniuscujusque tum Conventus, tum Provinciarum filiationes servant, absque eo, quod alio vocis jure in eandem Provinciam Umbriæ gaudere possint, nisi ex-Generalis, sive dictæ Provinciæ, et illius Conventus filius extiterit, et si filius ejusdem Conventus Assisensis de præsentem fuerit, et vocem habuerit, illam in quibusvis Capitulis Provincialibus, et Congregationibus intermediis Provinciæ Umbriæ prædictæ, sicut filii aliorum

Præmittitur Numerus quatuordecim Religiosorum de Domo nuncupandorum, qui a quocumque Ordinis Provinciæ, sive Italicæ, sive Ultramontanæ sumi in futurum poterunt a Ministro Generali.

Conventus Provinciae hujusmodi eadem voce gaudeat, habere possit,

Inhibetur ne deinceps aliquis ad filiationem Conventus Assisiensis specialiter admittatur.

§. 15. Deinceps vero, si quis habitum per Fratres dicti Ordinis gestari solitum suscipere desideraverit, nec Minister Provincialis pro tempore existens, neque Patres ipsius Conventus Assisii ullo unquam tempore in filium dicti Conventus admittat, eveniente in posterum alterius ex filiis Conventus Assisii hujusmodi vacatione, inter illius filium alii sive ex dicta Umbriae, seu alienis Conventibus, et Provinciis filiis adscribatur, Patres vero hujusmodi Conventus nunquam in Provincia Umbriae hujusmodi, nisi illius filius sit, vocis, sive suffragii praerogativa gaudcat, seu gaudere possit.

Suppressio Collegio Theologiae Scholasticae, et Dogmaticae, Collegium Theologiae Moralis subrogatur.

§. 16. Insuper studium, seu Collegium Theologiae Scholasticae, et Dogmaticae, quod in dicto Conventu Assisii de praesenti existit, auctoritate, et tenore praedictis a dicto Conventu amovemus, et disjungimus, et liberam eidem Ministro Generali, seu pro tempore existenti facultatem, et auctoritatem alio in Conventu dictae, seu alterius Provinciae sibi beneviso, ac commodiori loco posito illud statuendi, praescribendi, et transferendi concedimus, et relinquimus, et in locum studii, seu Collegii Theologiae Scholasticae, et Dogmaticae, quod in dicto Conventu existebat, et habebatur, unum Collegium Theologiae Moralis substituiamus, subrogamus, et praescribimus.

Mandatur singulis Ministris Provincialibus Italiae ut unum ex quolibet Provinciae Alimoniae ad Assisientem Conventum mittant ut ibi Novitiatus annum expleat.

§. 17. Demum omnibus, et singulis Provincialium Italicarum Ministris Provincialibus nunc, et pro tempore existentibus, ut ipsi singulis annis unum adolescentem, qui habitum per Fratres dicti Ordinis gestari solitum in statu Clericali suscipere intendat, ad dictum Conventum Assisientem mittere curent, ut ibidem Novitiatus annum peragat, illoque peracto professionem Regularem per eosdem emitti consuetam, servatis alias servandis, emittat, qui per professionem in eo emissam nunquam in illius filius admissus, et receptus intelligatur, sed filiatione in Conventu, et Provincia, in quo, et qua admissus, et receptus fuerit, gaudeat, auctoritate, et tenore praedictis injungimus, praecipimus et mandamus.

Clausula subblata, et decretum irritans.

§. 18. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quendocumque spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter, et inconcusse ob-

servari; sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, et delegatos etiam causarum Patavii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 19. Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis, et Provinciae Umbriae hujusmodi, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die decima nona Januarii millesimo sepringentesimo sexagesimo quarto, Pontificatus Nostri anno sexto.

Derogatio contrariorum.



Dat. die 27. Jan.  
1764. Anno VI.

CCCXCVIII.

Reprobat Augustani Episcopi consilium, qui ad plectendos Laicos Augustanos Magistratus, Ecclesie resistentes, universos Patriciorum filios ab Canonicatibus Collegiatae S. Mauritii consequendis exclusos fore proposuerat, et mitius agendum suadet ne innocentes reorum poena plectantur.

Venerabili Fratri Josepho Episcopo  
Augustano

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam benedictionem

**S**ecularem istius Civitatis Augustanae Magistratum obfirmato adhuc obstinatoque animo in eo persistere, ut satisfacere nolit Ecclesiae, ac pro nihilo habeat censuras, quibus adstringitur, magna animi Nostri molestia ex literis tuis accepimus. Quam vero Fratertitas tua excogitavit rationem, qua hominum tam pertinaces animi perfringantur, probare non possumus. Neque enim aequum est, ob delicta patrum ab eorum filiis poenas expetere; ac si Patriciis omnibus ad Canonicatus Collegiatae S. Mauritii aditus occludatur, veremur, ne gravis isthic oriatur aliqua perturbatio. Et parentum quidem puniri aliquando culpam in filiis non esset novum in Ecclesia; sed adhuc experiri existimamus quid assequi possimus cohortando, monendo, atque etiam graviora minitendo. Caeterum aliis quam Patriciis Canonicatus tribuere perinde est, tamquam universum Patriciorum Ordinem commovere, in quo multi esse possunt, qui nulli culpae affines se pro aliena culpa iniique plecti jure quererentur. Praestat igitur, si qui sint ex Patriciis, ad quos ea culpa non pertineat, eos tantum ad Canonicatus admitti, ut qui auctoritatem dignitatemque Ecclesiae etiam nunc tatopere contemnunt, filios quidem suos tacite excludi sentiant, sed intelligant omnem sibi praecisam esse causam querelae. Tibi denique, Venerabilis Frater, Apostolicam benedictionem eximia erga te benevolentiae Nostrae pignus peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xxvii Januarii MDCCLXIV Pontificatus Nostri anno sexto.

CCCXCIX.

Dat. die 4 Febr.  
1764. Anno VI.

Declarat Lucensis Reipublicae Magistratibus, eam ex iudulto Benedicti XIV. privilegio tantum, donatam fuisse praesentandi tres habiles viros ad vacantem Archiepiscopatum, numquam autem verum, et reale juspatronatum.

Dilectis Filiis Nobilibus Viris Antianis,  
et Vexillifero Republicae Lucensis

Clemens PP. XIII.

Dilecti filii salutem, et Apostolicam  
benedictionem

**§. 1.** **E**t si quae per occasionem vacantis Archiepiscopalis Ecclesiae vestrae orta est controversia, non mediocrem Nobis molestiam exhibuit; ea tamen consolatione utebamur, quam certa Nobis spes afferebat, futurum ut in animis vestris plus aliquando ponderis habitura esset praecleara Reipublicae vestrae in hanc Sacram B. Petri Sedem voluntas, et perpetua devotio, quam quorundam prava consilia, qui suam Pontificii juris peritiam venditantes, sententiis suis opinionem vestram aluerunt, in ea controversia nihil vos nisi aequum bonumque defendere. Hi nimirum homines, ut secularem potestatem sibi per assentationem demereantur, ab justo, et pio desciscere etiam non verentur officio, cujus vinculis ex ipso genere vitae, quam profitentur, praecipua quadam ratione Ecclesiae, et Apostolicae Sedi oportet esse devinctos. Verum Deo gratulamur, maluisse vos pietati vestrae, quam ejusmodi hominum assentationibus dociles aures praebere; et statuisse tandem, arbitrio Nostro controversia omni permissa, in eo, quo Rempublicam vestram Romani Pontifices complexi sunt, paterno perpetuoque amore conquiescere.

**§. 2.** **I**taque si quanta sit animi Nostri moderatio, quantus justus amor, quanta diligentia, ut suum cuique jus tribuamus, consideraveritis, facile vobis, dilecti Filii Nobiles Viri, persuasum erit, nunquam Nos fuisse istius Ecclesiae, quod trebamini juspatronatus impugnaturos, si iudulto, quod a fel. rec. Praedecessore Nostro Benedicto XIV. impetrastis, Juris patronatus concessionem contineri cognovissemus. Ea fuit igitur et est Nostra opinio, privilegium trium proponendorum, ex quibus unus a Nobis

Landat Lucensium Magistratum docilitatem, quod controversiam patronatus Archiepiscopatus Lucensis Judici Sanctae Sedis remiserit.

Declaratur, Rempublicam Lucensem ex iudulto Benedicti XIV. iure praesentandi tres ad vacantem Archiepiscopatum polere, minime vero juspatronatum, quod a praesentatione valde distat.



Nostrisque Successoribus eligatur, a vera Jurispatronatus natura longissime abesse; ac propterea privilegium illud et Juspatronatus diversissimos parere effectus, juxta juris communis regulas, et hujus S. Sedis perpetuum usum, et constantissimam consuetudinem. Quamobrem, qui memoratum indultum vobis præstare velimus incolume, ex tribus, quos Nobis proposuistis, quamprimum illum eligemus, qui utilissimus isti Ecclesiæ, Patriæque vestræ splendori Nobis videbitur aptissimus, eodemque tempore jure Nostro utemur reservandi super fructibus istius Mensæ Archiepiscopalis moderatam pensionem, illa æquitate adhibita, ut novo Antistiti suppetat, quo sibi queat, et dignitatis suæ cultui, et pauperibus providere. Deînque omni asseveratione vobis affirmamus, dilecti Filii Nobiles Viri, ad præcipuam benevolentiam, qua semper Rempubicam vestram sumus complexi, magnum ex hoc vestro, quod modo erga Nos ostendistis, devotissimo obsequio, Apostolicæ charitatis Nostræ cumulum accessisse, cujus pignus esse volumus Apostolicam benedictionem, quam universæ Reipublicæ vobisque singulis, prosperrima quæque precantes, paterno Nostri cordis affectu Nobilitatibus vestris peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die IV. Februarii MDCCLXIV. Pontificatus nostri anno sexto.



CD.

Dat. die 10. Februarii 1764. Anno VI.

Episcopo Majoricensi facultates imperitur permittendi in sua Diœcesi artium exercitationes, et opera servilia, audita tamen Missa in festis diebus, aliquibus tamen solemnioribus exceptis.

*De hac ipsa festorum dierum imminutione pro aliis Diœcesibus, consule superius Constitutiones relatas sub Num. CCCLXIX, et CCCLXX. pag. 396, et 398 hujus Tom. II, atque adnotationes ibidem appositæ.*

Venerabili Fratri Episcopo Majoricensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem, et Apostolicam benedictionem

§. 1. Cum sicut quædam sunt, ut inquit Sanctus Leo Magnus prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quæ, aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in his, quæ vel dubia fuerint, aut obscura, id noverimus sequendum, quod præceptis Evangelicis contrarium, nec decretis Sanctorum Patrum inveniatur adversum: Ea propter Apostolica hæc Sancta Sedes pro paterna erga Christianos fideles benignitate, quoad integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quæ cæteroquin, ad majus Divini cultus incrementum præscripta, aut per frigiditatem in nonnullorum cordibus charitatem, ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessariorum inopiam non sine conscientie angore contemnantur.

Sancta Sedes facile dispensationem largita est in iis, quæ neque præceptis Evangelicis adversantur, neque Patrum decretis.

§. 2. Quoniam autem sicut pro parte tua Nobis expositum fuit, eidem Fraternitati tuæ innotuit, quod in tua Diœcesi Majoricensi adeo excreverunt calamitates, et angustie, propter præsentium temporum infortunia, ut miseri illius habitatores, incolæque, præsertim ii, qui in sudore vultus sui panem comedunt, per sæpissime cogantur (quamvis animo invito) dies festos negligere, operibusque mechanicis se se addicere pro pane lucrando, et id eo facilius contigit ob excretum dierum festorum numerum: ac propterea Nobis humiliter supplicatum fuit,

Causa impletæ imminutionis festorum dierum ex publicis necessitatibus.



ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Pontifex dispensationem imploreat indulget, designatis specialibus diebus in quibus integra præcepti observantia servanda est.

§. 3. Nos itaque, qui Christifidelibus quantum cum Domino possumus salutare remedium potius ad æternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste sustinendam adhibere, quam per severiorem Ecclesiæ disciplinæ rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos incolas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, Fratritati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus Christifidelibus in prædicia tua Majoricensi Diocesi existentibus, ut deinceps, exceptis omnibus diebus Dominicis, nec non Natalis Dominis Nostri Jesu Christi, et sequenti Sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphaniæ, Paschatis Resurrectionis, et sequenti, Pentecostes, et sequenti, ac Corporis Christi, et Ascensionis, Sancti Joannis Baptistæ, ac Sanctorum Petri, et Pauli, et Jacobi Majoris Apostolorum, et commemorationis omnium Sanctorum, præterea quinque dicatis Beatæ Mariæ Virgini Immaculatæ, scilicet Purificationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non Sancti Patroni, aut Tutelaris cujuslibet loci pro hominibus ejusdem loci dumtaxat festivis diebus, in quibus integra maneat præcepti obligatio; in reliquis vero festis, sive per hanc Sanctam Sedem præceptis, sive per Synodales ejusdem Diocesis Constitutiones, sive quacumque alia de causa voti, per majores suos facti, quod quoad hanc etiam, auctoritate Nostra Apostolica per te commutari volumus, præceptis, præscriptisque (audita tantum Missa) laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus sine ullo prorsus conscientiæ scrupulo vacare possint, auctoritate Nostra Apostolica concedas, ac indulgeas, permittas, ac statuas, præcipias, ac mandes.

§. 4. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non Diocesis præ-

Derogatio contrariorum.

dictæ, illiusque locorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis, Superioribus, et personis sub quibusque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ad de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris die decima Februarii millesimo septingentesimo sexagesimo quarto, Pontificatus Nostri anno sexto.

CDI.

Dat. die 15.  
Febr. 1764. Au-  
no VI.

Parisiensem Archiepiscopum e sua Diocesi pulsum Religionis causa a Laicis Magistratibus consolatur, ad constantiam hortatur, et Sanctæ Sedis auxilium promittit.

Venerabili Fratri Chirtophoro  
Archiepiscopo Parisiensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam benedictionem.

§. 1. Non putamus, Fratritati tuæ improvisum inopitumque evenisse, quod tibi nuper accidit, ut edita novissima Pastoralis tua instructione, qua divinam Ecclesiæ potestatem tanta tui cum laude bonorumque approbatione, defendendam suscepisti, acrior adversus te procella coorta sit, et accerbior. Sed neque proposita pericula, neque labores, quos tibi subeundos esse prospiciebas, neque ægritudines animi, et angores quibus implicarere, ab Episcopali munere obeundo deflectere poterunt constantiam tuam, et Sacerdotalem fortitudinem, quam ipsi veteres illi, qui eadem Religionis causa sese ad omnes dimicationes objiciebant,

Causas persequutionis Archiepiscopi dinumerat, ejusque laudatur constantiam.

si reviviscerent, mirarentur. Quod igitur graves injurias acceperis, et ab Ecclesie sponsae tuae complexu fueris avulsus, si tui consolandi curam suscipere-mus, non satis quod tibi ipse propo-sueris, assequuti esse videremur. Illud enim semper, et nunc maxime in ani-mo tuo altissime fuit defixum, non me-diocri Catholicae Religioni futurum ho-nori, et gloriae, si quis de Episcopali Ordine contumeliam pateretur pro no-mine Jesu, cui nunc praesertim tan-topere illuditur, ut ejus Augustissimum Corpus stipantibus satellitibus aucatur ad homines Ecclesiae auctoritati, et de-cretis, vel in ipso mortis limine infea-sos sacrilege, et indignissime objicien-dum. Deo potius gratulari debemus, quod tantam tibi, Venerabilis Frater, tribuerit animi alacritatem, ut pro in-tegritate fidei, pro Ecclesiae incolumi-tate, et salute, pro dignitate, et au-ctoritate, hujus Apostolicae Sedis, pro Religione denique universa caput for-tunasque tuas omnes non dubitaveris de-vovere. *Magna profecto gratia*, ut Bea-tissimi Apostoli Petri verbis utamur, *si propter Dei conscientiam sustines tristitias patiens injuste.*

Consolatur Ar-chiepiscopum ex Francorum Regis pietate, qui emollire quodammodo studuit ejusdem ab Archiepiscopali Sede expulsionem.

§. 2. Itaque Nos ipsi apud Univer-sam gloriamur Ecclesiam de te, de fide tua, et de tua patientia in omni-bus persecutionibus, et tribulationibus tuis, quae tibi leviores ut fierent, et a gravioribus injuriis eriperere, caris-simus in Christo Filius Noster Ludovicus Galliarum Rex Christianissimus, pro suo erga te amore, tuarumque virtu-tum admiratione commotus, quanti te faciat, volens ostendere, quem malles capiendam tibi permisit non exilii, sed ab ingruente tempestate profugii, portus-que locum. Pro cuius optimi Principis erga te voluntate, Nos a Deo impensis-simis precibus illi precamur, ut ejus Regnum detractis aliquando compedi-bus Ecclesiae a multo tempore injectis, coer-citisque hostibus Catholicae veritatis, tranquillum pacatumque validioribus in dies floreat opibus, et potentia.

Apostolicae Se-dis auxilium promittit.

§. 3. Te vero, Venerabilis Frater, quem a Deo propositum intuemur ve-luti exemplum veteris disciplinae, et Episcopalis constantiae, quemadmodum in visceribus charitatis perpetuo geri-mus, sic omni ope, et auxilio adjuvare adsidue conabimur, ut ex hac flamma eripiare, qua tecum prope univer-sa conflagrare videtur Ecclesia. Interea tristitia Nobis magna est, et cordi No-stro continuus dolor, quod te divini honoris, et gloriae animarumque zelo fla-

grantem intelligimus, oportere Ecclesiae tuae confici desiderio. Hoc enim tem-pore gregi tuo prohiberis adesse, cum tot tantisque circumsessus periculis nunc maxime et vigilantem, et impigrum, et sui amantem, parem tibi denique Pastorem efflagitat = *Justus es Domi-ne, et rectum judicium tuum* = Sustineamus ejus misericordiam, Venerabilis Frater, in cujus firma fiducia, Fra-ternitati tuae, intimo Nostri cordis affe-ctu, Apostolicam benedictionem pera-manter impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Pesca-toris die xv. Februarii MDCCLXIV. Pon-tificatus Nostri Anno Sexto.

## CDII.

Dat. die 18 Febr.  
1764. Anno VI.

Facultates tribuuntur Nuncio Colonien-si, suisque successoribus, visitandi Carceres Regularium in Nunciatura existentes, noxia proscribendi, sa-lubriumque edificationem demandan-di, aliasque capiendi provisiones pro moderata Religiosorum coercitione.

Venerabili Fratri Caesari Alberico Ar-chiepiscopo Nicensi ad Tractum Rhe-ni, et partes inferiores Germaniae mo-derno, nec non pro tempore existen-tibus Nostri, et Apostolicae Sedis Nun-tiis.

## Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam benedictionem.

§. 1. **C**ommissi Nobis divinitus Sa-crosancti Apostolatus Officii ratio postu-lat, ut paternam Christifidelium, qui e fluctibus saeculi in Religiosae vitae por-tum confugerunt, curam gerentes, il-lis interdum providere studeamus, si-cut rerum, locorum, temporum, et personarum qualitatibus mature consi-deratis, expedire in Domino arbitramur.

Proemium.

§. 2. Cum sicut, magno cum ani-mi Nostri mœrore, accepimus, mos qui-dem, seu potius abusus in istis parti-bus inoleverit, quem Superiores Provin-ciales, seu Locales Domorum Regularium, quorumcumque Ordinum Regularium, illuc existentium semper prose-qui sunt, et prosequi pergunt, quod si contingat aliquem ex eorum respecti-ve Ordinum professoribus suae curae com-missum, sive infernalis hostis astutia de-

Exponitur ni-mia durities Regularium Ordinum in Germania, quo ad coercitio-nem Professorum, qui fortasse in aliquos errores, et crimi-na etiam inci-derint.

ceptum, Regulari professionis suæ veste, seu habitu abjecto, seu dimisso, et proprio Monasterio, seu Regulari domo auferre vulgo ut dicitur a Religione apostatare, etiamsi postea poenitentia ductus ad claustra, et propriam Regularem Domum redeat; sive etiam alia minus gravia crimina patrare, ab illo nimia severitate pœnas sumere intendunt, nam illos in carceres subterraneos, profundos, aquosos, ac luce, et aere carentes injiciunt, ac pane, et aqua substantant, et omni Christiana pietate, et charitate posthabita, neminem ad miserum illum ire permittunt, qui ipsum solari possit, ac spirituali saltem consolatione reficere; ita ut omni humano solatio, et spirituali auxilio destitutus, cum interdum neque Sacerdotem habere ei concedatur, cui peccata sua confiteri queat, prout publica voce, et fama fert, id alias accidisse, miserrimus ille inter animi, et corporis angustias, diem claudit extremum, et licet Superiores Generales illis præcipiant, quod se absteineant ab hujusmodi severitate, tantum abest, ut eorum jussibus obtemperent, qui respondent, hanc in illis partibus existere, et vigere consuetudinem.

§. 3. Nos cupientes abusus quoscumque in præmissis irreptos de medio tollere, ac animabus quorumcumque Christifidelium, præciosissimo Domini Nostri Jesu Christi Sanguine redemptis, quantum cum Domino possumus consulere, ac de tua fide, prudentia, doctrina, pietate, charitate, et Catholicæ Religionis zelo plurimum in Domino confisi, teque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurristi, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, tibi quorumcumque Monasteriorum, Conventuum, et quarumcumque Domorum Regularium quorumvis Ordinum, et Congregationum Regularium Mendicantium, et non Medicantium, etiam exemptorum, et quibusvis privilegiis, et indultis suffultorum, intra limites Nunciaturæ tibi commissæ, et demandatæ existentium, carceres, aliosque locos, in quibus sive Apostatæ, sive alii Regulares, et Professores Ordinum, et Congregationum hujusmodi, propter patrata per illos crimina, et delicta, a quocumque proprio Regulari Superiore includuntur, visitandi, et recognoscendi, et si reperias eos tales, sicut præmitti-

tur esse, illos demoliri, destrui, everti, obstrui, et claudi faciendi, novos carceres in locis magis aptis, et commodis construi faciendi, abusus hujusmodi omnino tollendi, Superiores prædictos, ut se erga delinquentes præfatos, juxta Christianam pietatem, et charitatem, ac Sancti Evangelii præcepta, benigne, ac misericorditer gerant, monendi, et quidquid in præmissis statueris, et ordinaueris, exequi, et observari faciendi, et mandandi.

§. 4. Inobedientes vero, tuisque monitis, et mandatis parere recusantes per privationis eorum respective Officiorum, ac inhabilitatis ad illa, et alia in posterum obtinenda, ac privationis perpetuæ vocis activæ, et passivæ, ac suspensionis a Divinis ipso facto absque alia declaratione incurrendas pœnas, ac denum per censuras Ecclesiasticas, aliaque jura, et facti remedia, compescendi, et puniendi, aliaque omnia, et singula in præmissis, ac circa ea necessaria, et opportuna faciendi, dicendi, mandandi, et impertiendi facultatem, tuisque successoribus in hujusmodi Apostolici Nuncii munere, Apostolica auctoritate, tenore præsentium tribuimus, damus, concedimus, et impertimur; ac insuper tibi, tuisque successoribus prædictis necessariam, et opportunam potestatem in tui, eorumque loco aliam Ecclesiasticam personam cum simili, seu a te, vel ab ipsis limitanda facultate, subrogandi, auctoritate, et tenore præsentis elargimur.

§. 5. Mandantes propterea in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub indignationis Nostræ, aliisque arbitrio Nostro imponendis pœnis, omnibus, et singulis Superioribus, Fratribus, et personis prædictis, nunc, et pro tempore existentibus, ut te reverenter in præmissis recipiant, et recognoscant, ac tibi, tuisque successoribus prædictis, ac personæ a te, seu ab illis deputandæ hujusmodi in omnibus ad visitationem prædictam spectantibus omnino pareant, et obsequantur, tuaque, et illius monita, et mandata humiliter suscipiant, et efficaciter adimplere procurent, alioquin sententia, sive pœna quam rite tuleris in rebelles, ratam habebimus, et usque ad condignam satisfactionem plenissime observari.

§. 6. Decernentes ipsas præsentis literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Dele-

Pœnæ quibus subdici debeant Pontificii Nuncii præceptis inobedientes.

Indulget Nuncio in Germaniam facultatem visitandi carceres Regulares, nocuosque demoliri faciendi, atque novos construendi salubriores, indicto Regularium Ordinum Superioribus, moderate reorum coercitionis præcepto.

Præcipitur Regularibus ejusdemque gradus, Pontificiæ hujus voluntatis observantia.

Clausula subblata, et decretum irritans.

gatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus Apostolicis, ac in Universalibus, Provincialibusque, et Synodalibus editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non Monasteriorum, Conventuum, ac Domorum Regularium, Ordinum, Congregationumque, et illorum, et illarum Provinciarum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis Apostolicis, Superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac iusolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xviii. Februarii MDCCLXIII, Pontificatus Nostri anno sexto.



CDIII.

Dat die 18 Fe-  
bruarii 1764.  
Ann. VI.

Tridentinam Ecclesiam ab jurisdictione Archiepiscopali Goritianæ Sedis, cui subjecta fuit a Benedicto XIV. in Aquilejensis Patriarchatus extinctione, eximere rocat, ne videatur hodie dextruere quæ heri constituta fuere.

*Litteræ Apostolicæ, quibus Benedictus XIV Aquilejensem Patriarchatum suppressit, et Goritiensem erexit Archiepiscopatum, relatæ sunt in Benedictino Bullario.*

Venerabili Fratri Christophoro Episcopo Tridentino

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam benedictionem

Quanta sit habenda ratio eorum, quæ prædecessores Nostri statuerunt, præsertim cum illa non ita pridem constituta sunt, facile intelligit pro sua prudentia Fraternitas tua, ne parvo admodum temporis intervallo, concessa a Summis Pontificibus privilegia, et indulta fixa, et refixa videantur. Quamobrem Clerus, Populusque tuus patienter ferat oportet, Tridentinam Ecclesiam Goritianæ Sedi esse subjectam: eo præterea æquiore id animo patietur, si consideret quidquid egit extinguendo Aquilejensi Patriarchatu fel: rec: prædecessor Noster Benedictus XIV. ad publicum Ecclesie bonum spectare, privatasque rationes communi posthabendas utilitati. Porro si Fraternitas tua (quod sapientis est) induxerit animum, ut hoc quidquid est tui privatim incommodi, molliter feras, nihil erit profecto, quod apud Clerum, et Populum quidquam offendas. Quis enim sanæ mentis propter ea, quæ per alios olim transacta sunt, jure tibi succenseat? Satis fuerit quod epistolam ea de re ad Nos dederis plenam querelarum, conatumque esse Clero, et Populo tuo quoquo modo satisfacere. Aliud in præsentia levamen tibi nullum asferre possumus. Commo- dioseres sese offerent occasionem, quibus Nobis liceat Apostolicam Nostram erga te præstare voluntatem; et Fraternitati tuæ, eximie erga te benevolentie Nostræ pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem

sub Annulo Piscatoris die xviii. Februarii MDCCLXIV. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Da die 14 Martii 1764. An. VI.

## CDIV.

Declarantur facultates competentes Cappellano Majori Exercituum Regis Catholici, et quomodo iis uti debeat.

*Litteræ in forma Brevis diei 10 Martii 1762, quibus Indiarum Patriarchæ, qui Cappellanus Major, seu Vicarius Realium Exercituum esse debebat, quamplures facultates Ecclesiasticæ tribuebantur, adinventæ minime fuere in Secretaria Brevium, ex præteritis fortasse vicissitudinibus vel deperditæ, vel commixtæ, quas tamen si deinceps invenire datum erit, eas in supplemento ad finem hujus Pontificatus, inseremus*

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

Exponuntur  
causæ hujus  
Brevis.

§. 1. Apostolicæ benignitatis, justitiæque ratio exigit, ut ad lites amputandas, ea, quæ alias ab Apostolica hac Sancta Sede quomodolibet provide concessa, atque ordinata nescuntur, si quid deinceps super ipsis dubitationis emerit, apertis, dilucidisque verbis explicentur, novaque confirmatione, et concessione roboventur. Sane pro parte carissimi in Christo filii Nostri Karoli Hispaniarum Regis Catholici Nobis nuper expositum fuit, quod cum alias Nos, ad supplicationem ipsius Karoli Regis per quasdam Nostras in simili forma Brevis die x. Martii Anni MDCCLXII. expeditas litteras, dilecto filio Nostro Bonaventuræ S.R.E. Presbytero Cardinali de Cordova Spinula de la Cerda a Sancto Karolo nuncupato, ex concessione, et dispensatione Apostolica moderno, nec non pro tempore existenti Patriarchæ Indiarum, qui nunc, et deinceps Cappellanus Major, sive Vicarius Exercituum ejusdem Karoli Regis esse debet, inter cætera indulta, et privilegia eidem Bonaventuræ Cardinali Patriarchæ Cappellano Majori, seu Vicario hujusmodi attributa, nonnullas facultates Ecclesiasticas, et spirituales, quibus erga Milites, Militares, aliasque personas ad militiam, et Exercitus prædictos spectantes vii valeret, concessimus,

et alias prout in dictis Nostris literis uberius continetur.

§. 2. Et cum subinde circa hujusmodi facultates Ecclesiasticas præfato Bonaventuræ Cardinali Patriarchæ Cappellano Majori, seu Vicario Exercituum concessas, inter ipsum, et Venerabiles Fratres Archiepiscopos, Episcopos, seu dilectos filios alios Locorum Ordinarios in Hispaniarum Regnis existentes nonnullæ ortæ sint controversiæ, et excitata dubia super dictarum literarum Nostrarum interpretatione, atque intelligentia, ipse Karolus Rex pro sua singulari pietate, constantique erga Apostolicam hanc Sanctam Sedem zelo pro perenni Sacerdotii, Regni que concordia, et recta rationum tum spiritualium, tum temporalium administratione fideliter, prudenterque accuranda, super dictis exortis dubiis sententiam quorundam suorum Ministrorum, tam Ecclesiasticorum, quam Sæcularium rerum Ecclesiasticarum peritissimorum, exquirere non prætermisit, ac proprium, et consentaneum esse duxit.

§. 3. Quo autem facilius in re deliberanda procedere possent, eis Regios prudentis animi sui sensus, qui hujusmodi sunt censuit aperire, nempe ut omnes illi, qui Regio militari stipendio fruuntur, sub hoc nomine, et sub Vexillis Regiis vel terra, vel mari militant, subjecti Cappellani Majoris, seu Vicarii Exercituum jurisdictioni intelligantur ( exceptis tamen præsidariis, seu Legionibus fixis, aut stabilibus Arcis, seu Civitatis Septensis, Oppidi Orani, et cujusvis alterius loci, ubi Milites præsidarij certi, fixi, stabilesque existunt, et remanent, invalidis etiam, qui uti inhabiles a militari servitio exclusi sunt, Militibus etiam Provincialibus, cum in expeditionem non mittuntur, nec Exercituum constituunt; iisque etiam, qui dumtaxat rei maritimæ adscripti, et in albo relati sunt, cum intra Naves vulgo a bordo non existunt ) omnes vero alii, comprehensis etiam iis, qui dicuntur de Plana Major supradictæ jurisdictioni Cappellani majoris, seu Vicarii Exercituum debeant recenseri, itemque tam belli, quam pacis tempore hanc jurisdictionem, et Apostolicas facultates locum haberi, et privative ipsi Cappellano Majori, seu Vicario Exercituum competere ius subdelegandi Ordinarios locorum, vel alias quascumque Ecclesiasticas personas sibi benevisas.

§. 4. Cum autem Ministri præfati re ipsa diligentiori studio, ac indagine perpensa, singulæ eorum consultationes,

Subortis dubiis circa Cappellani Majoris facultates, Hispaniarum Rex, difficultates peculiari Consilio examinandas submitit.

Qui fuerit sensus Catholici Regis in interpretandis difficultatibus quoad facultates Cappellani Majoris.

Discrepante Consilio a Regia interpretatione, dubia submissa fuere

Sanctæ Sedis  
examine, et de-  
 liberationi.

et vota in scriptis detulerint, et ipse Karolus Rex eorum sententias adeo oppositas, et inter se discordes cognoverit, ut graviores inde difficultates, dubia, et controversias, quam necessaria, et opportuna remedia emersissent, ad sedandas ancipites animi sui curas ex eisdem consultationibus, et votis excerpta voluit præcipua quædam dubia, quæ auctoritati Nostræ poponere facere curavit, decidenda = videlicet =

Recensentur  
singula dubia.

Cujus jurisdictionis esse debent Legionæ Præsidariæ, quæ præter illas fixas sunt in Septensis, et Orani propugnaculis, ac alio quocumque in loco, ubi temporarias habebunt stationes =

An Prætoriani Milites vulgo *Guardia de Corps* nuncupati, cum Regias dumtaxat agunt excubias, illique pariter de collectione invalidorum, cum occupantur ad custodiendum aliquem Pagum, vel Civitatem, utpote scilicet Matritensem, et Gadicensem etc. subjecti esse debeant jurisdictioni Ordinarii, vel Cappellani Majoris, aut Vicarii Exercituum

Cujus Jurisdictionis esse debent omnes *de la Plana Major* nuncupati, qui in Arcibus, et Civitatibus cum suis dependentibus commorantur, ac Officiales eisdem Arcibus, et Civitatibus aggregati. = Gubernatores pariter Militares cum eorum familiis, cæterique omnes, qui licet nullo gaudeant militiæ titulo, pertinent tamen quodammodo ad Exercitus Regios, cum ad notabile, et diuturnum tempus stationes ducere tenentur statutis in locis, ad quos destinantur =

An subesse debeant jurisdictioni Cappellani Majoris, seu Vicarii Exercituum familiæ Militarium quæ vagis belli operibus addicuntur, cum in expeditionibus eorum patres, viros, aut dominos non comitantes in propriis subsident domiciliis, Cupedinarij simul, et Carpentarij, ac Sarcinarum doctores, seu muliones, itemque famuli, qui Militaribus dominis tempore pacis inserviunt, ubi Legionæ commorantur, et in earundem Legionum protectione, vel sedem non mutant, vel cum illis commutare non tenentur = quod si contingat decidendum, subesse debere jurisdictioni Vicarii Exercituum omnes illos, qui aliqua ratione pertinent ad Regios Exercitus, cum per eorum destinationem vel occupantur, vel commorari tenentur ad notabile tempus in locis constitutis, necessarium quoque videtur, ut decernatur =

An eo ipso tempore, posita eorum subjectione jurisdictioni prædicti

Vicarii Exercituum, possit idem Vicarius erga ipsos omnibus uti facultatibus quæ in prædictis literis continentur, et præsertim an liceat illis indulgere dispensationem comedendi carnes, et lacticia diebus ab Ecclesia interdictis.

§. 5. Cupiens itaque ipse Karolus Rex pro insigni sua Religione, et eximia pietate, ut in re tanti momenti, quæ Sacramentorum administrationem respicit simul, et spirituale solatium Militum, atque a militia dependentium, omnes in posterum e medio tollantur quæcumque controversiæ, quæstiones, et dubia, ac pænitus extinguantur, ac subditorum suorum conscientiæ, tranquillitati, et quieti prospicere, et consulere. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut certam, ac definitivam Nostram earundem Nostrarum literarum interpretationem edicere, ac eidem Bonaventuræ Cardinali Patriarchæ Cappellano Majori, seu Vicario Exercituum hujusmodi, facultates in memoratis Nostris literis concessas confirmare, amplioresque si opus fuerit, indulgere, ac impertiri de benignitate Apostolica dignemur.

§. 6. Nos igitur Religiosis, piisque ejusdem Karoli Regis votis amanti, libentique animo obsecundare cupientes, ac repositis prædictorum dicti Karoli Regis Ministrorum consultationibus, præfatisque excerptis dubiis, et ipsius Karoli Regis super eadem re sensus animi tanquam menti, et voluntati Nostræ magis conformes, plurimum commendantes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem Bonaventuræ Cardinali Patriarchæ, moderno, ac pro tempore existenti Cappellano Majori, seu Vicario Exercituum hujusmodi, ut per se, vel alium, vel alias personas in dignitate Ecclesiastica constitutas, sive alios respective Sacerdotes per se ipsum Cappellatum Majorem, seu Vicarium Exercituum hujusmodi, ut præfertur, approbatos, quatenus ab eorum respective Ordinariis approbati sint, et ab eodem Cappellano Majori, seu Vicario Exercituum subdelegandos omnes, et singulæ facultates in memoratis Nostris literis concessæ, contentæ, et expressæ exerceantur, et exerceri possint erga quoscumque, qui aut pacis, aut belli tempore sub ejusdem Karoli Regis vexillis, terra, marique militant, vivuntque stipendio, et ære militari, omnesque, qui ob aliquam legitimam causam eos sequuntur (exceptis tum militibus in aliquo Oppido, vel Civitate firme, stabiliterque degentibus, tum in-

In relatorum  
dubiorum se-  
quelam, Catho-  
licus Rex S. Se-  
dis interpreta-  
tionem postu-  
lat.

Pontifex sub-  
missa eidem  
dubia declarat,  
et facultates  
Cappellani Ma-  
joris designat.



validis, tum iis, qui in album ad artem nauticam relati sunt, cum extra Naves degunt, tum demum Provinciarum, Locorumque Militibus, cum Exercitum non formant, ac eorum quisque in illis versatur, suamque habitat domum ( auctoritate Apostolica, et tenore præsentium, servata tamen in reliquis dictarum Nostrarum Literarum forma, et dispositione, concedimus, et indulgemus, ac quatenus opus sit prædictas facultates jam alias, ut præfertur, concessas, ad effectum prædictum extendimus, ampliamus et declaramus atque ita proposita dubia, et quæstiones definimus.

§. 7. Decernentes, easdem præsentibus literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dicto moderno, et pro tempore existenti Cappellano Majori, seu Vicario Exercituum hujusmodi in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab iis, ad quos spectat, et pro tempore quodocumque spectabit in futurum inviolabiliter observari, sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quocumque, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ in dictis literis volumus non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub anno Piscatoris die decima quarta Martii MDCCLXIV Pontificatus Nostri Anno Sexto.



CDV.

Dat. die 14 Martii 1764. An. VI.

Herbipolensem commonet Episcopum, ut in sua Diœcesi caveat a libro nomine Justinii Febronii in lucem ædito, quo Romanæ Cathedræ auctoritas pestifere minatur.

Venerabili Fratri Adamo Friderico  
Episcopo Herbipolensi

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam benedictionem

§. 1. Quantæ tibi sit curæ incolumitas hujus Apostolicæ Sedis ejusque divina auctoritas, et potestas, sæpe antea animadvertimus, ac propterea summum tuum in Romanam Cathedram studium, et præclaram devotionem a fraternitate tua requirimus magna fiducia: nec dubitamus, quin egregiam in Nos voluntatem tuam nunc maxime sis alacriter præstiturus. Prodiit nuper apud Germanos de potestate Pontificis liber, cujus titulus = *Justinii Febronii I. C. de statu Ecclesiæ, et legitima potestate Romani Pontificis* = Eo quidem nomine, libri hujus Auctor, nomen celavit suum, sed infensum, et male cogitantem animum apertissime prodidit. Eo enim opere scriptor, sive Hæreticus, qualem ex ipso libro possumus suspicari, sive Catholicus qualis videri vult, Summum Pontificem ab eo potestatis, et dignitatis fastigio, in quo a Christo ipso, tamquam legitimus Petri successor locatus est, deicere ac deturbare conatur. Malum autem animum suum callidus fraudum artifex, ut incautos simplicium hominum animos blandius decipiat, velo quodam, ac tegumento pietatis obducit, perinde quasi opus hoc suum de minuenda, sive obterenda potius Summi Pontificis auctoritate eo consilio scripserit, ut Heterodoxi, qui ejus amplitudini tantopere sunt infensi, placati tandem rursus cum Romana Ecclesia, a qua sese ea maxime de causa disjungere, conjungantur, atque unum corpus efficiant.

§. 2. Præclarum sane fœdus, quo non utique convertuntur Hæretici, sed Catholici pervertuntur. Itaque, Venerabilis Frater, plane vides, quam diligenter, quam sedulo cavendum sit, ne tam pestilens liber isthuc in animarum perniciem irreat. Et quoniam nunc temporis irreligiosorum hominum

E vulgatum in Germania opus nomine Justinii Febronii contra Pontificiam auctoritatem denunciat, et ut ab contentis in eo caveatur, iniquat.

Hortatur ne sinat in sua Diœcesi irrepere opus pestiferum in Animarum perniciem.

Clausula subblata, decretum irritans, et derogatio contrariarum.

animos, veluti pestilenti quodam sidere afflavit, scriptitandi adversus Romani Pontificis potestatem, immane studium, et cupiditas prava, tuum erit, Venerabilis Frater, vigilare, ne ejusmodi libri, qui fortasse in officina Satanæ modo cudentur, prædeant in lucem, aut si prodierint, illico opprimantur. Novimus qui sis, quantoque animi ardore pro Sancta Romana Sede soles, et paratus sis dimicare. Scimus te, ad ædificandam ac tuendam Ecclesiam tibi concreditam, in Episcopali veluti custodia te summâ excubare vigilantia. Quocirca satis habemus de periculo monuisse. Ipse enim per te diligentissime providebis, ne qua ex parte per disruptam sepem dolosa Vulpes sese ad demolendam vineam istam insinuet. Hæc de te Venerabilis Frater ita Nobis pollicemur, ut satis securi possemus quiescere, si multos tui similes, tamque egregie animatos erga Sanctam hanc Sedem Apostolicam, haberemus. Quocirca Nos quoque, erga Fratritatem tuam, perinde ac obsequio isto tuo dignum est, affecti, ac propensi, Nostram tibi benedictionem peramanter impertimar. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die xiv. Martii MDCCLXIV Pontificatus Nostri Anno Sexto.

## CDVI.

Dat. die 14.  
Martii 1784 Anno VI.

De eodem argumento agit cum Moguntino Archiepiscopo et S. R. I. Principe Electore

Venerabili Fratri Emerico Josepho  
Archiepiscopo Moguntino  
S. R. I. Principi Electori

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam benedictionem

Malis artibus  
hujus pestiferi  
Libri auctor,  
Catholicam Ec-  
clesiam se de-  
fendere, cona-  
tur insinuare.

§. 1. **P**rodiit haud ita pridem veneficus liber de statu Ecclesiæ, et de legitima Romani Pontificis potestate, cujus auctor sub falso nomine Justinii Febronii latere voluit in occulto, omnis enim, qui male agit, odit lucem. Et hominem quidem qui sit Catholici nominis, aut saltem a Catholica Religione non alienum esse videri velit, puduisse oportuit sese prodere in lucem, cum Romanam Cathedram, cui tamquam fundamento nititur Catholica Ec-

Bull. Rom. Tom. II.

clesia, funditus conatur evertere. Omnia ille ex Hæreticorum, et huic Sanctæ Sedi infensissimorum hominum libris conquisita, et deprompta in unum conegessit; quædam etiam absudissima de suo voluit adjicere, ne cuiquam immicorum ejusdem Apostolicæ Sedis secundus esse videretur. Nos hunc librum quo fidelibus, et præsertim hominibus harum rerum parum intelligentibus, maxima offertur offensio, nuper proscripsimus, tuamque vigilantiam Venerabilis Frater, modo requirimus, ut non solum caveas, ne per manus Fidelium circumferatur, sed ne in ullo quidem angulo, si fieri potest, totius tuæ Diocesis illi sit locus. Nihil autem Nobis non pollicemur de tua custodiendi Gregis tibi commissi sollicitudine, ejusque prohibendi a venenatis pascuis sedulitate, et cura; novimus enim quam zelo Dei, et in ejus Ecclesiam amore flagrantem animum geras. Ac Fratritati tuæ pro certo habemus perspectissimum esse, suffosso eversoque fundamento, quæ est Cathedra Petri, omnem Ecclesiam dirui oportere; quam propterea nunquam patietur pietas tua exitiali, et pestifero libro labefactari.

§. 2. Hac igitur peste Diocesim tuam, si forte isthuc irrepserit, omni cura perpurabis, et diligentia. Id a te postulat pro salute sua, et incolumitate Catholica Religio, id te ipsa dignitas etiam tua, majorem in modum efflagitat. Neque enim ignoras, quo miseriarum semper deciderint illæ Ecclesiæ, quarum Episcopi sibi sunt assentati, depressa Romani Pontificis auctoritate, plus sibi accessurum esse potentia, et dignitatis, novaramque rerum cupidos Episcopatum denique servituti, et compedibus objecisse. Tua igitur in Ecclesiam pietate, egregiaque devotione in Apostolicam Sedem confisi, semen adeo pestiferum inimica manu in vineam Domini jactum, dum speramus tua diligentia extinctum iri, Apostolicam benedictionem Fratritati tuæ, omni Nostris cordis affectu peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xiv. Martii MDCCLXIV. Pontificatus Nostri anno Sexto.

Quantam intarsit librum hunc jam a S. Sede proscripsum, a quamcumque Diocesi eliminare.



Dat. die 21 Martii 1764 Ann. VI

CDVII.

Quod Pientinus Episcopus e sua Diocesi a laica potestate, militibus stipantibus, pulsus sit dolet cum Mareschallo Botta Adorno, et reparationem illatæ Ecclesiæ injuriæ dandam esse requirit ad scandalum sarcindendum.

Dilecto Filio Nobili Viro  
Mareschallo Botta Adorno

Clemens PP. XIII.

Dilecte fili Nobilis Vir salutem,  
et Apostolicam benedictionem

Suum exprimit horrorem pro comissa violentia a Laicis Magistratibus in personam Episcopi Pientini.

§. 1. Quem dudum gravissimum de Episcopo Pientino Nuncium accepimus, vehementer Nostram commovit animum, seu potius magno Nos horrore perfudit. Quantus enim in illo facto eminent, et apparet Ecclesiæ, ejusque Ministrorum contemptus! Quam grave scandalum oblatum Fidelibus! hominem Episcopali præditum dignitate, a ministris laicis, militari manu stipatis, ex improvise occupatum, denunciatoque secularis potestatis nomine, exilio, ab Ecclesiæ suæ complexu circa meridiem festinanter avulsum, Populo comploratione, et lacrymis pastorem suum deducere, tota ista ditione exturbari, et ad Ecclesiasticæ Nostræ ditionis fines abductum denique dimitti, ea est vis et atrocitas, cujus neque in Etruria, ubi ad hanc usque Nostram ætatem Episcopali dignitati summus honor semper est habitus, neque usquam alibi fortasse ullum extat exemplum, si levissimæ hinc causæ, quibus laica potestas re in ullum Episcopum præbuit adeo acerbam, hinc ejusmodi facti injuria ponderentur.

Requirit, ut Pientinus Episcopus illico ad suam Sedem revocetur, ne Apostolica Sedes cogatur Clavium potestate illatam Ecclesiasticæ libertati injuriam vindicare.

§. 2. Quambrem carissimi in Christo Filii Nostri Francisci in Romanorum Imperatorem electi pietate, et in Ecclesiam religiosissima reverentia confisi, non dubitamus, quin optimus Princeps facinus sit improbaturus tam inauditum, tam novum, teque ipsum, dilecte Fili nobilis Vir, qui tuus est erga Religionem præcipuus amor, facile Nobis persuademus, tacite in intimo animi tui recessu reprehendere. Nos igitur, qui in Episcopi persona, summam hujus Apostolicæ Sedis, et totius Ecclesiæ dignitatem auctoritatemque gravissime lesam agnoscimus, dum ipse Episcopus (non enim impediemus) jure

suo ordinario, tantam injuriam sibi et Episcopali dignitati inustam, vindicabit, Apostolicam interea Nostram auctoritatem, supremamque clavium potestatem a Jesu Christo Nobis traditam adhibebimus, nisi incunctanter proscissa Episcopalis dignitas pari compensatione sarciat. Id igitur petimus, et tuæ pietatis fiducia freti, a Nobilitate tua flagitamus, et expectamus, ut divinæ gratiæ numine, quo pii religiosique viri, tuique similes tangi solent impulsus, eam in eas rationem, qua oblatum universæ Ecclesiæ gravissimum scandalum amoveatur, et Pientinus Episcopus iis reverentiæ significationibus, quæ Sacræ personæ, quam gerit, et Episcopalis characteris dignitati debentur, ad suam sedem honorifice revocetur. Id a præclaris tuis de religione, et de Ecclesiæ divina sublimique dignitate sensibus Nobis, Dilecte Fili Nobilis Vir, pollicemur, tuæque interea Nobilitati benevolentissimi erga te animi Nostri pignus, Apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXI. Martii MDCLXIV. Pontificatus Nostri anno sexto.

CDVIII.

Dat. die 27. Martii 1764 Anno VI.

Ad consulendam calamitatibus, et angustiis, quibus Civitas, et Diocesis Ispalensis præmitur, Festorum dierum elargitur imminutionem, opportunasque servandus regulas statuit.

*De festorum dierum imminutione in Majoricensi Diocesi vide Constit. relatam supra num. CD. pag. 443 et adnotationem ibi appositam.*

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam benedictionem

§. 1. Cum sicut quædam sunt, ut inquit Sanctus Leo Magnus prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in his, quæ vel dubia fuerint, aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis Evangelicis contrarium, nec decretis Sanctorum Patrum inveniatur

Quæ immutabilia sunt in Ecclesiastica disciplina, ea Sancta Sedes dispensare non recusat pro temporum necessitatibus.

adversum : Ea propter Apostolica hæc Sancta Sedes pro paterna erga universos Christifideles benignitate, quoad integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in his auctoritatem interponere, quæ cæteroquin ad majus Divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem, ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessariarum inopiam non sine conscientie angore contemnuntur.

Præces porrectæ ab Ispalensi Episcopo pro festorum dierum reductione ad reparandas calamitates, et angustias, quibus Dioecesi illi gravantur.

§. 2. Quoniam autem, sicut pro parte tua Nobis expositum fuit, eidem Fraternitati tuæ innotuit, quod in Civitate, ac Diocesi Ispalensi adeo excreverunt calamitates, et angustie propter præsentium temporum infortunia, ut miseri illius habitatores, incolæque, sed præsertim ii, qui in sudore vultus sui panem comedunt, persæpissime cogantur (quamvis animo invito) dies festos negligere, operibusque mechanicis se se addicere pro pane lucrando, et id eo facilius contigit ob excretum dierum festorum numerum; ac propterea Nobis humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

Petita reductioni assentitur Pontifex, specialibus designatis diebus in quibus præceptum integre servandum est.

§. 3. Nos itaque, qui Christifidelibus, quantum cum Domino possumus, salutare remedium potius ad æternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste sustineendam adhibere, quam per severiorem Ecclesie disciplinae rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos Incolas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdictionis, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et penis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus Nobis tuo nomine humiliter porrectis inclinati, Fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, eorumque Civitatis, et Diocesis Ispalensis, ut deinceps, exceptis omnibus diebus Dominicis, nec non Natalis Domini Nostri Jesu Christi, et sequenti Sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphaniæ, Paschatis Resurrectionis, et sequenti, Pentecostes, et sequenti, et Corporis Christi, ac Ascensionis, Sancti Joannis Baptistæ, et Sanctorum Petri, et Pauli, ac Jacobi Apostolorum, et commemorationis omnium Sancto-

rum, præterea quinque dicatis Beatæ Mariæ Virgini Mariæ Immaculatæ, scilicet, Purificationis, Assumptionis, Nativitatis, Annunciationis, et Conceptionis, nec non Sancti Patroni, aut Tutelarum cujuslibet loci dumtaxat festivis diebus, in quibus integra maneat præcepti obligatio, in reliquis vero, sive per hanc Sanctam Sedem præceptis, sive per Synodales earumdem Civitatis, et Diocesis Constitutiones, sive quacumque alia de causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem etiam auctoritate Nostra Apostolica per te commutari volumus, præceptis, præscriptisque (audita tamen Missa) laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus, sine ullo conscientie scrupulo vacare possint, auctoritate Nostra Apostolica, concedas, et indulgeas, permittas, ac statuas, præcipias, et mandes.

§. Non obstantibus Apostolicis, et in Universalibus, Provincialibusque, ac Synodalibus Conciliis editis, generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et ordinationibus, nec non Civitatis, et Diocesis prædictarum, illorumque locorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis Superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et ex presse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo piscatoris die xxvii Martii MDCCLXIV Pontificatus Nostri Anno sexto.

Derogatio contrariorum.



Dat. die 30 Mar-  
tii 1764 Ann. VI

CDIX.

Suum gaudium exprimit Capitulo Cathedralis Leodiensis pro compositis contentationibus obortis, illudque ad concordiam, pacemque servandam hortatur.

Dilectis Filiis Decano, et Capitulo  
Ecclesie Cathedralis Leodiensis.

Clemens PP. XIII.

Dilecti filii salutem,  
et Apostolicam benedictionem

§. 1. **Q**ui in causa Leodiensi multa cum moderationis simul, et diligentiae laude Romae versatus est, vestramque sine cujusquam querela bene prudenterque rem gessit, nunc confecto negotio redit ad vos praestanti virtute, et judicio Vir Collega vester dilectus Filius Franciscus Lambertus Baro de Stokhem. Illum non semel in colloquium admisimus: perplacuerunt Nobis ejus sermones, ex quibus ejus pietatem, prudentiamque recognovimus. Tum vero libentissime illum audivimus, cum omnium vestrum obsequentissimam erga Nos voluntatem, et in hanc Sacram B. Petri Sedem exponebat devotissimum studium. Sine Nostris ad vos literis dimissum nolimus: quaecumque enim Nobis sese offerat scribendi ad vos occasio, ea cupide libentique animo utimur, qui nobilissimam Ecclesiam vestram mirifice amamus; et quamquam nihil amplius ad vos scribere habemus, nec quidquam praeterea est, quod ad Ecclesiae vestrae dignitatem, et amplitudinem, vestramque inter vos concordiam tranquillitatemque praestare possimus; tamen qui Noster erga vos paternus est amor, Nobis temperare ipsi non possumus, quominus vobis per has literas Nostrum ex constituta inter vos pace, gaudium significemus. Reliquum est, ut eam omnino studio retineatis, et si quid cohortatione Nostra opus est, ut eam servetis perpetuam, quantum possumus, rogamus. Paratior isthaec concordia vestra vos faciet ad ea sarcienda incommoda, quae superioribus temporibus accepit Ecclesia vestra, cui neque melius servire potestis, neque laudabilius, quam si ad Fidelium aedificationem in Domo Dei cum consensu ambuletis. Vobisque, paternae benevolentiae Nostrae pignus, Apostolicam benedictionem peramanter im-

peritur. Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris die xxx Martii MDCCLXIV, Pontificatus Nostri anno sexto.

CDX.

Dat. die 4 April  
1764. Ann. VI.

Gratianopolitanum Episcopum commendat pro ejus libris favore Gesuitarum conscriptis, qui magna semper utilitate erant, licet Societas Jesu in Gallia sit omnino extincta.

Clemens Papa XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam benedictionem

§. 1. **E**t si societatem Jesu in Galliarum Regno boni omnes jam deplorant extinctam, ac propterea quae in ejus defensionem, tuque, pluresque alii Coepiscopi tui scipsistis, videri possunt frustra eam causam adjuvasse, non tamen desinunt esse utilia. Permagni enim interest, omnibus Christifidelibus ex omni Natione, quae sub Caelo est, palam fieri, Institutum ab homine conditum, cui Sanctorum cultum et honor tribuitur; a Viris, quos Ecclesia in Sanctorum numerum retulit, collaudatum, cujus ex disciplina novem itidem Sancti viri prodierunt, quod Apostolica Sedes approbavit, et saepius confirmavit; Ecclesia Catholica in Tridentina Synodo commendavit, ac per annos amplius ducentos suo fovit in sinu, ab iis quibus nulla potestas est de talibus rebus judicandi, contra jus et fas per summam in Ecclesiam Sponsam Christi injuriam et contumeliam appellatum irreligiosum, et impium, ac Societatem, quae idem profitebatur Institutum, factione, et potentia denique fuisse in Gallia deletam. Et semper quidem necessarium est, quantum potest, amoveri cujusquemodi scandalum, sed nunc maxime amolienda ea est, quae nunc Catholicis oblata fuit offensio, et ad eam rem scripta tua, Venerabilis Frater, quae ad Nos misisti, opportune a te in lucem edita esse arbitramur.

§. 2. Quantum proferanti oculo (neque enim Nobis satis est otii) tua illa volumina percurrere illac potuimus, omnia illius causae capita te completum esse perspeximus, et Adversariorum fuites calumnias magna refutasse gravitate rationum, et copia. Tibi igitur

Quantum pro-  
sit cunctis  
Christifideli-  
bus, palam fa-  
cere utilitatem,  
atque praestantiam  
Instituti  
Societatis Jesu.

Aediti operis  
laudes exprimit,  
quo Jan-  
seniorum  
profligantur  
columnae.

tur Venerabilis Frater, singulares agimus gratias non tam Nostro, quibus ea volumina dono missa voluisti, sed universæ etiam Ecclesiæ nomine, cui tam utilem dedisti operam tamque præclaram. Jansenianam sectam, cujus conjuratione, et artibus factum est, ut Societas Jesu apud vos ad nihil sit reducta, pudere oportet, si tamen ullus hæresi potest esse pudor, tam turpes fraudes, tam impudenter adhibuisse ad suum dolorem ulciscendum, quem a Fidei Catholicæ propugnatoribus e Societate Jesu nullo non tempore acceperunt.

Gallicanorum  
Episcoporum  
vigilantiam excitat, quo Ecclesiæ defensorum imminutus est numerus.

§. 3. Sed quoniam, sic permittente peccatis nostris irato Deo, carendum vobis est uberrimis illis fructibus, quos ex eadem Societate, vos Episcopi capiebatis, et defensorum Catholicæ Fidei imminutus est numerus; idcirco vos omnes hortamur in Domino, et obtestamur, ut multo vigilantius stetis in Episcopali custodia: nihil enim a perfidissima secta, cui nunc omnia incidunt secundissima, non pertimescendum. Magna etiam inter vos omnes, et cum hac Sacra B. Petri Sede opus est consensione, ut ab irruentium hostium impetu Sanctam tueri possimus Ecclesiam. Atque illud quæsumus videas, Venerabilis Frater, et omnes Coepiscopi tui, ne Corpus Christi tradatur hominibus, qui imprudenter Apostolicæ Constitutioni: *Unigenitus*: resistunt, et refrangatur: Ex hujusmodi enim sacrilega profanatione, tanta isthæc mala tam exiguo tempore existimamus in Gallicanam Ecclesiam irruisse. Nos de singulari zelo tuo Nobis pollicemur, te bene sentientem, operam etiam tuam adhibiturum, ut alii quoque tecum bene itidem sentiant: dolendum enim esset, Ecclesiam fructibus illis privari, quos ex tam rectis sensibus tuis, tamque præclaris illum capere oportet. Deum denique precantes, ut implearis Spiritu Sancto, qui Episcopalem tuam constantiam corroboret, Apostolicam benedictionem singularis et eximiæ erga te benevolentiae Nostræ pignus, intimo nostri cordis affectu Fraternitati tuæ peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IV. Aprilis MDCCLXIV. Pontificatus nostri anno sexto.

CDXI.

Dat. die 11  
April. 1764 Anno  
VI.

Præciosæ Coronæ dono mittendæ Utriusque Siciliæ Regi, applicat indulgentias quæ Magnis Principibus concedi solent.

Carissimo in Christo Filio Nostro  
Ferdinando Utriusque Scilicet  
Regi illustri

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo fili Noster salutem,  
et Apostolicam benedictionem

§. 1. **D**ilectus Filius Eques Matthæus de Basquiat de Lahuze cujus, dum apud Nos, et hanc Sanctam, et Apostolicam Sedem Christianissimi Regis negotia gereret, egregias virtutes, et præsertim singularem gerendarum rerum prudentiam cum summa æquitate, et fide conjunctam perspeximus, nuper Nobis exhibuit undecim globulorum seriem, ex Jaspide lapide, aureo filio connexorum, unde pendet Numisma ex eodem lapide hinc Jesu Christi Crucifixi, hinc SSm̃i Salvatoris Imaginem mirifica referens cælatura; postulavitque, ut Orationem Dominicam, et Salutationem Angelicam, juxta precandi formulas ab Ecclesia approbatas devote recitanti, easque precationes ad ejus Coronæ globulos recensenti, Indulgentias aliquot largiremur. Id illi perlibenter annuebamus; sed ubi ab eo accepimus, se Regiæ Majestati tuæ, pro summo, quo te colit obsequio, eam Coronam dono missurum, Nos eas Indulgentias, quæ Magnis Principibus tribui solent, tibi, carissime in Christo Fili Noster, eandem Coronam adhibenti, ut æquum erat, concessimus, tuamque devotionem his spiritualibus favoribus, et gratiis existimavimus adjuvandum.

Exponitur causa  
hujus Brevis

§. 2. Regiæ itaque Majestati tuæ concedimus, ut quamdiu Coronam hujusmodi, si commode fieri poterit, tecum habueris, sin minus in Oratorio vel Cappella sive alia Domo tuæ habitationis, ab omnibus domesticis usibus libera decenter collocatam visitaveris, quotiescumque Divinum Officium Ordinarium, vel Beatæ Mariæ Virginis, aut Defunctorum, vel septem Psalmos Pænitentiales, aut Graduales, vel Coronam Domini, aut ipsius Beatæ Mariæ Virginis, seu tertiam partem Rosarii recitaveris, aut pauperibus Christi sub-

Enumerantur  
indulgentiæ, et  
gratiæ spirituales,  
quæ Utriusque  
Siciliæ Regi  
largiuntur.



veneris, et vere pœnitens, et confessus Sacerdoti ab Ordinario approbato, in aliquo ex Dominicis, et festis diebus de præcepto, Sacram Communionem sumpseris, piisque ad Deum preces funderis pro hæresum, et schismatum extirpatione, pro Catholicæ Fidei propagatione, Christianorum Principum concordia, aliisque Sanctæ Matris Ecclesiæ necessitatibus, semel in hebdomada Plenariam omnium peccatorum tuorum Indulgentiam consequaris. Quoties vero feria sexta cujuslibet hebdomadæ Passionis Dominicæ jejnaveris, et ipsa die, vel Dominica immediate sequenti confessus, ac Sacra Communione refectus, ut supra, oraveris, toties Plenariam Indulgentiam consequaris. Item quoties cum dolore de peccatis, et proposito emendationis conscientiam tuam examinaveris, toties consequaris Indulgentiam centum annorum. Quod si per integrum mensem ut minimum, semel in die id egeris, eoque mense absoluto, peracta Confessione, Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum sumpseris, Plenariam similiter Indulgentiam consequaris. Quoties autem dixeris ter Pater Noster, et ter Ave Maria in honorem SSmæ Trinitatis, aut quinquies in honorem quinque Plagarum Domini nostri Jesu Christi, cum proposito te ab aliquo peccato emendandi, vel Missæ etiam privatæ diebus ferialibus interfueris, aut aliquod præstiteris ex operibus supra in primo capite præscriptis, toties consequaris Indulgentiam decem annorum, et totidem quadragenarum. In mortis quoque articulo, si vere pœnitens, ac, si potueris, ut supra, Confessus, Sacraque Communionem refectus, alioquin saltem contritus, Nomen Jesu, ore, si potueris, sin minus corde devote invocaveris, Plenariam pariter Indulgentiam consequaris. Denique ut omnes Indulgentias supradictas, Fidelibus defunctis per modum suffragii applicare possis, concedimus. Deum precamur, carissime in Christo Fili Noster, ut regias virtutes, quas e præclara Institutione, et Sanctissima disciplina in ista prima ætate quotidie imbibis, in dies tibi magis adaugeat, quo Populos a Deo tibi commissos, ubi adoleveris, cum pietatis, et justitiæ laude gubernes. Regiæque Majestati tuæ omni paterni Nostri cordis affectu, Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub anulo Piscatoris die XI. Aprilis MDCCLXIV. Pontificatus nostri anno sexto.

CDXII.

Dat. die 21 Aprilis 1764. An. VI.

Ut Pientinus Episcopus a Laicis Magistratibus violenter pulsus e sua Diœcesi, ad suam Sedem illico restitueretur, ab Imperatoris electi Francisci pietate, et religione petit, ad sciendum scandalum illatum in Ecclesiasticæ libertatis contemptum.

*De hac ipsa violenta expulsionem agunt Literæ quas supra retulimus Num. CDVIII. pag. 452.*

Carissimo in Christo Filio nostro Francisco Lotharingiæ, et Barri duci, nec non Etruriæ sibi subjectæ Magno Duci, in Romanorum Imperatorem electo.

Clemens PP. XIII.

Carissime in Christo fili Noster, salutem et Apostolicam benedictionem

§. 1. **D**e Episcopo Pientino non modo Ecclesia, et Diœcesi sua, sed tota etiam Etruria, quæ tuæ subjecta est Majestati, intra paucas horas acerbè sane duriterque exturbato ubi gravissimum Nuncium accepimus; vehementer doluimus in ea re tam nullum ad Sacrosancta Ecclesiæ jura habitum esse respectum, maximumque scandalum oblatum Fidelibus, quorum etiam qui eidem Ecclesiæ sunt devotissimi, editis in Ecclesiasticas personas, ac præsertim Episcopali prædicitas dignitate, tantum contemptus exemplis, paulatim sensum omnem obsequii, et reverentiæ in Ecclesiam, ejusque Sacros Ministros possunt amittere.

Violentam Episcopi expulsionem commemorat, cum honorum omnium scandalo sequam.

§. 2. Quapropter ad dilectum Filium Mareschallum Botta Adorno literas dedimus, et apud eum conquesti sumus, tam grave, tanta cum offensione populi fidelis, Episcopali fuisse dignitati vulnus inflictum: cui medendo dum Pientinus Episcopus Canonica remedia adhibebit, professi sumus, nullum a Nobis illi futurum impedimentum, quominus Ordinario suo jure utatur; et Nos ipsos auctoritatis Nostræ defendendæ causa, potestate Clavium adhibita, quam a Christo Domino accepimus, Ecclesiæ libertatem, et dignitatem pro Apostolico Nostro munere asserturos. Ille autem literis ad Nos datis die XXVII. Martii proxime elapsi respondit, Cæsareo Majestatis tuæ nomine pulsum esse ab Ecclesia,

Agit de præcedentibus literis hac super re Mareschallo Botta Adorno perscriptis, illiusque acceptas refert responsiones.

et Diocesi suâ Pientinum Episcopum, et solam vertere coactum: cæterum se nihil in hac re nisi ex imperio tuo fecisse, seque sibi placere, quod in exequendis mandatis, quantum licuit, Episcopali dignitati consuluerit. Nos quidem longissime ab eo absumus, ut credamus ejus jussu tam duriter, et acerbe tractatum esse Episcopum; et in Milites potius existimamus tantæ asperitatis culpam rejiciendam; quorum quæ fuerit immanitas, vel inde conjici potest, quod cum quæreretur Episcopus in sua persona Christum Dominum affici injuria, per nefariam blasphemiam, et horribilem respondere sunt ausi, se quidem in Christum credere, sed cum ille mortuus sit, se tibi viventis parere Imperatori. Sed Christus exurgens a mortuis jam non moritur, et Princeps Regum terræ super omnem Principatum, et potestatem, et virtutem, et omne nomen quod nominatur, non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro vivit Deo in æternum sedens ad dexteram Patris iudex vivorum, et mortuorum. Nihil igitur mirum, Milites in Episcopum fuisse tam asperos, qui in Christum Dominum fuerunt tantopere injurii.

Imperatoris pietatem, et Religionem provocat ad vituperandum hoc scandalum illi eo remouendum.

§. 3. Tuum igitur est, carissime in Christo Fili Noster, qui Sanctæ Ecclesiæ Advocati munus geris, ejusque libertatis esse debes vindex, et custos, hæc undecumque provenerint, et quomodocumque gesta sint, Cæsarea auctoritate tua, et imperio emendare; et quidquid ea res pepererit scandali, resarcienda injuria in persona Episcopi Ecclesiæ illata, quamprimum extinguere; eodemque Episcopo Sedi suæ honorifice restituto, omnibus palam facere, Majestatem tuam nihil, quod in Ecclesiæ injuriam vergeret, in ea re voluisse. Hoc a tua postulat Majestate, et Imperialis dignitas tua, et quod Ecclesiæ defendendæ amplissimum geris munus, et ipsa tua ex longissima serie piissimorum Majorum tuorum ducta Religio, majorem in modum efflagitat. Id ut facias, carissime in Christo Fili Noster, te in Domino hortamur et obtestamur. Sic enim major inde Ecclesiæ oriatur ædificatio, quam quæ ex eo facto orta illi fuerit offensio; et inter egregias, tuasque proprias laudes, illa demum, ad quam supra cæteras maximi Imperatores summopere aspirarunt, quaque ipse tantopere in ore omnium viges, piissimi Principis laus augebitur; tibi que, carissime in Christo Fili Noster, et Augustæ Domui tuæ universæ, Nostri paterni cordis affectu,

Bull. Rom. Tom. II.

Apostolicam benedictionem amantissime impertimur. Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXI. Aprilis MDCCLXIV. Pontificatus nostri anno sexto.

CDXIII.

Dat. die 4. Maii 1764. Anno VI.

Cardinalibus in Consistorio coadunatis significat electionem Josephi Austriæ Archiducis in Regem Romanorum, nec non hac ipsa die literas in forma Brevis expedivisse, ut exemplo prædecessorum suorum, Sanctæ Sedis jura sacra, tecta serventur.

Ad hanc ipsam Regis Romanorum electionem se referunt literæ, quas superius dedimus Num. CCCXCVI, et CCCXCVII. pag. 336, et seq.

Venerabiles Fratres

§. 1. De electione Regis Romanorum cupide Nuncium expectabamus, cum ex literis, quas a carissimo in Christo Filio nostro Francisco Lathariniæ et Barri Duce, nec non Magno Etruriæ sibi subjectæ Duce, in Romanorum Imperatorem electo reddidit Nobis Dilectus Filius Nobilis Vir Joannes Nepomucenus Antonius S. R. I. Princeps a Schwarzenberg ab eodem Francisco ad Nos ablegatus, intelleximus in solemnibus Conventu Francofurti novissime habito, summa Electorum omnium consensione, in Regem Romanorum electum esse carissimum in Christo filium Nostrum Josephum Regium Hungariæ, et Bohemiæ Principem hæreditarium, Austriæ Archiducem, memorati Francisci Primogenitum, qui de Regia illa sublimique dignitate sibi delata, suis pariter literis ab eodem Joanne Nepomuceno Antonio ad Nos perlatis voluit Nos facere certiores. Quibus utriusque Principis literis acceptis, nihil sane Nobis longius fuit, quam ut lætissimum nuncium cum Fraternitatibus vestris communicarem, et voluptatem, quam ex eo vos capere oportet, ex hoc loco nunciarem. Gratum autem vobis fore existimamus id ipsum ex iisdem literis memoratorum Principum intelligere, quas Nostrarum Brevium, quæ ad Principes scribuntur Epistolarum Secretarius modo recitabit. (Eæ sunt tenoris sequentis videlicet).

Electionem Regis Romanorum annunciat, literasque hæc super re acceptas tam a prælaudato Rege electo, quam ab Imperatore pariter electo ejus Patre.

Beatissimo in Christo Patri Do-

Tenor litterarum Francisci

M m m

Imperatoris  
electi.

» mino Clementi XIII, Divina provi-  
» dentia Sanctæ Romanæ Universalis  
» Ecclesiæ Summo Pontifici, Domino  
» Reverendissimo = Beatissime in Chri-  
» sto Pater Domine Reverendissime =  
» Post officiosissimam comendationem  
» filialis observantiæ continuum incre-  
» mentum. Existimantes his arduis tem-  
» poribus, et Religionis Nostræ Catho-  
» licæ, et Sacri Romani Imperii plu-  
» rimum interesse, Romanum Impè-  
» riale solum, pluribus munimentis  
» insistere, cum congregatis, in No-  
» stra, et Sacri Romani Imperii Urbe  
» Francofurti ad Mænum, Principibus  
» Electoribus, absentiumque Legatis agi-  
» curavimus, ut futurum post fata No-  
» stra in ejusdem Imperii administra-  
» tione Successorem Nostrum in præ-  
» sentiarum decernerent, eamque, af-  
» flante Divini Numinis aura, conspi-  
» rationem invenimus, ut præfixa ele-  
» ctioni externa die, perdilectus filius  
» Noster Primogenitus Regius Hunga-  
» riæ, et Bohemiæ Princeps Hæredi-  
» tarius, Archidux Austriæ, unanimi-  
» bus Electorum suffragiis, Rex Roma-  
» norum renunciatus, et solemni ritu,  
» publicoque omnium Ordinum ap-  
» plausu proclamatus fuerit: cujus suc-  
» cessus significationem, cum a Sancti-  
» tate Vestra, ad quam omnia, quæ  
» Nobis, Domique Nostræ prospera eve-  
» niant, quam maxime pertinere duci-  
» mus, pro sua erga Nos propensa  
» voluntate, et Religionis Catholicæ ze-  
» lo, magno solatio, lætissimoque ani-  
» mi sensu, exceptum iri certo Nobis  
» persuadeamus, par omnino, et filia-  
» li Nostræ erga Sanctam Sedem ob-  
» servantiæ congruum esse judicavi-  
» mus, ut Sanctitatem Vestram ea de  
» re, literis hisce, per Camerarium  
» Nostrum actualem Illustrum Joannem  
» Nepomucenum Antonium Sacri Ro-  
» mani Imperii Principem a Schwar-  
» zemberg Consanguineum Nostrum ca-  
» rissimum exhibendis, sine mora, cer-  
» tiorem faceremus, spe indubia fre-  
» ti, cum in tractando hoc negotio  
» Dei gloria, bonique publici causa,  
» Nobis potissimum proposita fuerit,  
» istans filii Nostri dignitatem, in Chri-  
» stiani Orbis utilitatem, et ornamen-  
» tum cessuram, prædictumque Fi-  
» lium Nostrum, in imitandis Majo-  
» rum suorum vestigiis, adjutricem  
» Dei gratiam nunquam non expertu-  
» rum esse, quem in finem, paternæ,  
» præfatam Regiam Romanorum Ma-  
» jestatem, Benedictioni Sanctitatis Ve-  
» stræ reverenter comendantem, atque

» ad ea, quæ suprafatus Camerarius No-  
» ster prolixius edixeret, Nos referen-  
» tes, eandem quam diutissime vale-  
» re, omnique desiderata prosperitate  
» frui animum exoptamus. Datum Hein-  
» senstamij die 28 Martii Anno Millesi-  
» mo septingentesimo, sexagesimo quar-  
» to, Regni Nostri Decimo nono = San-  
» ctitatis Vestræ Ossequentissimus Fi-  
» lius = Franciscus =

» Beatissimo in Christo Patri Do-  
» mino Clementi Decimo tertio, Divi-  
» na Providentia Sanctæ Romanæ, ac  
» Universalis Ecclesiæ Summo Pontifi-  
» ci Domino Reverendissimo = Beatis-  
» sime in Christo Pater Domine Reve-  
» rendissime. = Post officiosissimam co-  
» mendationem filialis observantiæ con-  
» tinuum incrementum. Non videre-  
» mur Nobis, et paternam, et Majo-  
» rum Nostrorum virtutem satis imi-  
» tari, nisi parem erga Sanctam Se-  
» dem, foveremus observantiam, et  
» omnes eam palam faciendi occasio-  
» nes amplecteremur. Quare cum Sum-  
» mo Regnorum Moderatori Deo visum  
» fuerit, congregatis, in hac Imperia-  
» li Urbe Francofurti ad Mænum, Sa-  
» cri Romani Imperii Electoribus, ab-  
» sentiumque Legatis, eam mentem  
» inspirare, ut stabiliendæ interiori Im-  
» perii securitati, tranquillitatique, Nos  
» vigesima septima elapsi Mensis in  
» Romanorum Regem, et futurum,  
» post fata Augustissimi Genitoris No-  
» stri (de quibus tamen vel cogitans  
» animus horret, quæque in ultimam  
» ejus, et vita Nostra provectorem se-  
» nectutem, a Divino Numine, remo-  
» veri cupimus) Imperatorem elegerint,  
» et externa die coronarint, nil prius,  
» et antiquius habemus, quam ut Di-  
» vinam venerantes providentiam, ejus  
» auxilium, et robur imploremus, et  
» simul Sanctitati Vestræ successum  
» hunc propriis hisce literis signifie-  
» mus: præsertim cum jam ante No-  
» bis exploratum sit, quantopere San-  
» ctitas Vestra, eundem pro Catholicæ  
» Religionis incremento exoptarit, et  
» nunc de ejus desiderio Nuncio ga-  
» visum sit. Erit jam Sanctitatis Ve-  
» stræ, Divinam clementiam sollicitare,  
» ut Nos spiritu principali, et sapien-  
» tia, ad implendum aliquando rite  
» hoc sublime munus instituat: No-  
» strum vero omni conatu eniti, ut pa-  
» terna, et avita propemodam vesti-  
» gia, actiones Nostræ, Sanctitatis Ve-  
» stræ, et omnium honorum expecta-  
» tioni respondeant, et tam Nostrum  
» tuendæ veræ Fidei studium, quam

Tenor Hiera-  
rum Josephi  
Romanorum  
Regis electi.

» observantia erga Sanctam Sedem sin-  
 » gularis, nulla non occasione eiteant:  
 » quod uti Nobis per totam vitam No-  
 » stram, volente Deo, sedulo proposi-  
 » tum erit, ita, ut id facilius præsta-  
 » re possimus, Nos Sanctitatis Vestræ  
 » paternæ Benedictioni comendantem,  
 » eidem vitam longævam, et felix re-  
 » gimen, in Nostrum, et Ecclesiæ so-  
 » latium, filiali affectu vovemus. Da-  
 » tum Francofurti ad Mænum die 4.  
 » Aprilis Anno millesimo septingente-  
 » simo, sexagesimo quarto, Regni No-  
 » stri primo = Sanctitatis Vestræ = Ob-  
 » sequens Filius = Josephus =

De hac sequen-  
 ti electione  
 gratulatur Pon-  
 tificis gratia-  
 rumque actionem  
 Deo red-  
 diturum præ-  
 nunciat Colle-  
 gio Cardina-  
 lium.

§. 2. Qui sint utriusque Principis pietatis et religionis sensus, quod Catholicae Fidei studium, quæ in hanc Sacram B. Petri sedem religiosa devotio auditis, Venerabiles Fratres. Benedictus Deus, et Pater Domini nostri Jesu Christi qui tantam eorumdem Principum pietatem, tam prospero gravissimi hujus negotii exitu voluit remunerari. Gratulemur Deo, qui divino consilio suo rem ita disposuit, ut excelsa Regis Romanorum dignitas illi tribueretur, quem clarissimis toto orbe terrarum piissimisque parentibus genitum, et procreatum, luculentissima quæ dedit usque adhuc magnæ indolis, et excelsi animi indicia sperare Nos jubent, ut paternarum, maternarumque virtutum, sic aliquando maximarum opum hæredem, Dei gratia adjutrice, firmissimum Ecclesiæ Catholicæ, et Christianæ Reipublicæ futurum columnen, et præsidium. Sed hoc gratiarum Deo gerendarum pium debitumque officium pro tam felici hujus electionis eventu, crastina die solemni ritu in Pontificio nostro Sacello cum Fraternitatibus Vestris more Majorum præstabimus, Patremque misericordiarum enixe precabimur, ut præclaras spes Nostras, quas merito de electo Romanorum Rege concepimus, Divino suo numine ratas faciat.

Agit de con-  
 temporaneis li-  
 teris in forma  
 Brevis expeditis  
 super Regis  
 Romanorum  
 electione ad  
 Sanctæ Sedis  
 ira sarta lecta  
 servanda.

§. 3. Cæterum in reliquis, quæ ad dictam electionem pertinent, cuncta, quæ juxta consuetum prædecessorum Nostrorum institutum erunt servanda, servabimus; declarantes interim; nihil hinc Nos velle detractum de Apostolicæ Sedis juribus, nec remissum quidquam de iis officiis, quæ erga eandem erunt deinceps ab Electo præstanda. Sed his rebus omnibus per quasdam nostras hac ipsa die in forma Brevis expeditas literas, Romanorum Pontificum pariter prædecessorum Nostrorum vestigiis inhærentes plenissime voluimus esse consultum.

Bull. Rom. Tom. II.

CDXIV.

Dat. die 4. Maii  
 1764. An. VI.

Declaratio, quod non censeatur approbata electio Regis Romanorum futuri Imperatoris, nisi prius a noviter electo assueta imploretur a Sancta Sede confirmatio, eaque largiatur per solitas Literas Consistoriales subscribendas a Pontifice, et a S. R. E. Cardinalibus.

De hac ipsa electione Regis Romanorum vide Alloquutionem in Consistorio præcedentem, in qua de presentibus Literis sermo est, et Adnotationem ibi appositam.

Clemens Papa XIII.

Ad futuram rei memoriam

§. 1. Acceptis nuper a dilectissimo in Christo filio Nostro Josepho Archiduce Austriæ literis, quibus Nobis significat se in Conventu ad Mænum habito in Regem Romanorum futurum Imperatorem die xxvii. Mensis Martii proximi preteriti electum fuisse, quemadmodum Consistorium Nostrum Secretum hodierna die habendum indicimus, ut Venerabilibus Fratribus Nostris S. R. E. Cardinalibus eam electionem communicemus, et Sabatho proximo sequenti, ut in Pontificia Nostra Cappella, benedicente Domino, Sacrosanctum Missæ Sacrificium in Nostra, et eorumdem Cardinalium præsentia pro gratis Omnipotenti Deo de ejusmodi electione agendis de more celebratur, ita aliæ etiam functiones præmissorum occasione per Romanos Pontifices prædecessores Nostros, seu eorum jussu, vel alias quovis modo peragi consuetæ similiter a Nobis, seu jussu Nostro, vel alias quovis modo peragendæ erunt, seu forsitan etiam aliæ jam peractæ fuerunt.

Memorat Consistorium hac de re habendum, et gratiarum actionem Omnipotentem dirigendam pro sequuta Regis Romanorum electione.

§. 2. Præterea supradictis ejusdem Josephi Electi literis ad Nos datis, ac in posterum dandis respondere intendimus, etiam illum Regem Romanorum in Imperatorem Electum appellando. Verumtamen ne in prædictis, et quibusvis aliis actibus, et functionibus tam Nostris, quam quorumcumque Nostrorum, et Sedis Apostolicæ Officialium, ac Ministrorum, etiam speciali nota dignorum, etiam Nuntiorum Apostolicorum, ac quorumcumque S. R. E. Cardinalium etiam de Latere Legatorum tam publicis, quam privatis quan-

Protestatur Pontifex novam electionem haud approbatam censeri debere, nisi prius de ea reassueta Literarum Consistoriales requisitæ, et concessæ de more fuerint.

M m m 2

documque, ubicumque, et quomodocumque faciendis, seu etiam forsanc factis, ac inde sequutis, et sequuturis quibuscumque possit unquam pretendi; Nos electionem prædictam approbasse, et confirmasse etiamsi talis præsentio minime subsistat, cum Apostolica confirmatio hujusmodi tam de jure, quam de more non nisi prius coram Nobis exhibitis Electionis, et aliorum ad id requisitorum Instrumentis, et prævia matura causæ cognitione in Nostro Consistorio secreto, et sub Bulla Consistoriali concedi, et expediri consueverit.

Qua de re declarat, nullum documentum Apostolicæ Sedis iuribus illatum censi debere per quemcunquoque actum vel publicum, vel privatam.

§. 3. Nihilominus omnem in præmissis ambigendi materiam præcidere, mentemque, et intentionem Nostram palam facere volentes, omniumque, et singulorum præmissorum, ac quorumcumque aliorum actuum, et functionum hætenus, et deinceps quomodocumque, ubicumque, et quomodocumque a Nobis, et aliis quibuscumque cuiuscumque qualitatis, dignitatis etiam Ecclesiasticæ, status, gradus, et conditionis, etiam individua expressione dignæ, existerint, et pro tempore existant etiam de mandato Nostro, et alias quovis modo tam cum eodem Josepho Electo, quam cum ipsius Josephi Electi Oratore, et Oratoribus, ac Ministris etiam in Romana Curia factorum, et faciendorum, et inde sequutorum, et sequendorum, aliorumque hic forsanc exprimendorum, et inserendorum, etiam particulari mentione dignorum tenores, circumstantias, et quaslibet singularitates etiam majores, et variiores præsentibus pro plene expressis, et insertis habentes, motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine præsentium serie attestamur, declaramus, et decernimus, Nostræ mentis, intentionis, et voluntatis incommutabilis semper fuisse, et esse, ac deinceps fore, per omnes, et singulos actus functiones, receptiones, recognitiones, et tractatus quoscumque, verbo, scriptis, etiam per literas Apostolicas sub Plumbo, ac in forma Brevis sub Anulo Piscatoris, et missivas, ac facto a Nobis, et respective a Dilecto filio Nostro Aloysio Maria Sanctorum Viti, et Modesti Diacono ejusdem S. R. E. Cardinali Torrigiani nuncupato Secretario Nostro Status, et a quovis alio ipsius S. R. E. Cardinali etiam de Latere Legato, et similiter a Nuntiis Apostolicis etiam apud eundem Josephum Electum nunc, et pro tempore nomine Nostro, et ejusdem Sedis residentibus, et a qui-

buscumque aliis Nostris, et Sedis prædictæ Officialibus, et Ministris ubicumque residentibus, etiam individua mentione dignis, etiam de mandato Nostro quomodocumque, ubicumque, et quomodocumque factos, et factas, et pro tempore faciendos, et faciendas, ac inde sequuta, et sequutura quæcumque, etiam pluribus vicibus iteratos, et iterata, ac effectum sortitos, sortitas, et sortita, quocumque, et qualiacumque sint, et pro tempore fuerint, etiam cum Oratore, et Oratoribus nunc, et in posterum etiam apud Nos, Sanctamque Sedem prædictam, nomine ejusdem Josephi, etiam uti Romanorum Imperatoris Electi pro tempore residenti, et residentibus, ac cum quibuscumque aliis ipsius Josephi Electi Officialibus, Ministris, Procuratoribus, et Plenipotentiaris, quavis occasione, et causa etiam ratione fœderis universalis, ac defensionis, et propagationis fidei Catholicæ, et quavis alia etiam particulari expressione digna hætenus, et pro tempore facta, tractata, et gesta, faciendaque, tractanda, et gerenda, nec non per quascumque denominationes, inscriptiones, appellationes, nuncupationes, et narrativas in favorem prædicti Josephi in Regem Romanorum futurum Imperatorem Electi, per quoscumque etiam nomine Nostro, et Apostolicæ Sedis, ac etiam per Nos quomodolibet factas, et pro tempore faciendas, illum etiam Regem Romanorum et Imperatorem Electum appellando, ac etiam per quamcumque Oratoris, et Oratorum, sive Ablegati, et Ablegatorum ad Nos, et Sedem Apostolicam ab eodem Josepho Electo destinati, et destinatum, missique, et mittendorum receptionem, et admissionem ad audientiam Nostram, et ad osculum pedum Nostrorum, cum quibuscumque apparatibus, cæremoniis, circumstantiis, prærogativis, antelationibus, etiam publicis, etiam extraordinariis, et insolitis quomodolibet expressæ, vel tacite hætenus concessis, et datis, concededisque, et in posterum dandis, etiam tamquam Oratori, et Oratoribus, sive Ablegato, et Ablegatis Romani Imperatoris Electi, non intellexisse, nec voluisse in posterum intelligere, nec velle prædictam ejus electionem approbare, nec confirmare, quinimo Nostræ mentis, et voluntatis fuisse, et deinceps fore, ut juxta consuetum, confirmatio Apostolica hujusmodi per præfatum Josephum Electum petatur, et per Literas Apostolicas Consistoriales a Nobis et a S. R. E. Cardi-



nalibus subscriptas expediri impetretur, et interim nedum omnem approbationem, et confirmationem, sed etiam cujuscumque approbationis, et confirmationis expressæ, et tacite, concessionem, et quemcumque ejus effectum suspendimus, suspensamque, et suspensum fuisse, et esse, ac deinceps fore declaramus, ac pro suspensis haberi volumus, et decernimus.

Clauſula præſervatiuæ.

§. 4. Præſentesque Literas de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis Noſtræ, vel alio quocumque defectu, etiam ex eo, quod quicumque in præmiſſis intereſſe quomodolibet habentes, et habere prætendentes cujuscumque ſtatus, gradus, qualitatis, dignitatis, et conditionis exiſtant, et exiſterint ad id vocati, citati, et audiſi non fuerint, notari, impugnari, infringi, ſeu redargui nullatenus poſſe, neque ſub quibuſcumque revocationibus, ſuſpenſionibus, moderationibus, derogationibus, et quibuſcumque aliis contrariis diſpoſitionibus generalibus, etiam motu, ſcientia, deliberatione, et poteſtatis plenitudine paribus, etiam Conſiſtorialiter, et alias quomodolibet, etiam per Nos, et Romanos Pontifices Suſceſſores Noſtros faciendis comprehendendi. Sicque, et non aliter per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegates etiam cauſarum Palatii Apoſtolicæ Auditores, ac etiam S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, et Nuntios, quavis auctoritate, et poteſtate fungentes, ſublata eis, et eorum cuiſlibet, quavis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et definiſi debere, ac irritum et inane, ſi ſecus ſuper hiſ a quocumque, quavis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, ſimiliter decernimus.

Derogatio contrarium.

§. 5. Non obſtantibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus, et Ordinationibus quibuſcumque tam Apoſtolicis, quam Imperialibus, ac Cancellariæ Apoſtolicæ Regulis, etiam individuam derogationem requirentibus. Quibus omnibus, et ſingulis, etiam ſi pro ſufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, et expreſſa, ac individua, et de verbo ad verbum inſerta mentio habenda foret, tenores ijuſmodi etiam majores, et veriores præſentibus pro plene, et ſufficienter expreſſis, ac de verbo ad verbum inſerſis habentes ad effectum omnium, et ſingulorum præmiſſorum ſpecialiter, et expreſſe derogamus cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ

apud Sanctam Mariam Majorem ſub Annulo Piſcatoris die quarta Maii Milieſimo Septingenteſimo ſexageſimo quarto, Pontificatus Noſtri anno ſexto.

CDXV.

Dat. die 20.  
Maii 1764. An.  
no VI.

Literæ Proceſſus in die Cænæ Domini publicatæ.

*Eadem Literæ a prædeceſſoribus Pontificibus publicatæ, etiam ab Pontifice hoc, alias hac ipſa die ſuperioribus annis evulgatæ fuere, et ſignanter die 12 Aprilis 1759, eaſque retulimus Tom. I. hujus continuationis ſub num. LII pag. 116. ubi conſulendæ ſunt, cum adnotatione a Nobis aſſiſta.*

Clemens Epicoſopus Servus Servorum Dei ad futuram rei memoriam

§. 1. **P**astoralis Romani Pontificis vigilantia, et ſollicitudo (omittitur tenor harum Literarum jam relatæ loco citato in ſuperiori adnotatione, quum omnino ſimilis præſentibus ſit).

CDXVI.

Dat. die 26.  
Maii 1764. An.  
no VI.

Prorogationem indoliti perceptionis Decimarum ab Eccleſiaſticis, denegat Baviaræ Duci, ne illi jam ſatis recenti bello, et aliorum vectigalium ſolutione defatigati, in deterioribus etiam collocarentur anguſtiis.

Dilectiſſimo in Chriſto Filio Noſtro Maximiliano Joſepho Baviaræ Duci S.R.I. Principi Electori,

Clemens PP. XIII.

Dilectiſſime in Chriſto fili Noſter ſalutem, et Apoſtolicam benedictionem.

§. 1. **Q**uæ ſit erga Nobilitatem tuam Noſtra voluntas, qui Epicoſorum, et Eccleſiaſticorum Ditionis tuæ itidem in te amor perpexiſſe te arbitramur, cum proximo Germanico bello etiam reſtincto, dum laici tibi ſubliti a tributorum aſperitate respirant, dimidium decimarum per triennium ab iſdem Eccleſiaſticis exigendi facultatem

Prædeceſſentes  
conceſſiones  
hac ſuper ipſa  
decimarum  
perceptione  
contenarant.



tem, æquo animo ferentibus Episcopis, tibi concessimus. Satis ex hoc Nostro Indulto non dubitamus ad te proveniturum auxilii, cum eo tantam conficies pecuniam, quantam ex Indulto piæ memoriæ prædecessoris Nostri Alexandri VIII collectam esse comperimus. Cæterum, Ecclesiasticos fessos jam ferendo oneri, non solum ordinaria vectigalia, sed etiam per quinquennium solvendi integras Decimas ex Indulto fel. rec. decessoris Nostri Benedicti XIV æquum erat una cum laicis bono pacis denique frui. Nunc si novo onere solvendi per quinquennium non jam dimidias, sed integras decimas prægraventur, vide, Dilectissime in Christo Fili Noster, Ecclesiæ Ministri, quorum jam nunc deterior est, quam quæ sit laicorum conditio, nova hæc tributi accessione quonam tandem redigerentur.

Causas deno-  
gatiæ proroga-  
tionis exprimit,  
sumque Pon-  
tificium desi-  
derium gratifi-  
candi Princi-  
pem Electorem  
dum alia op-  
portuna se se  
præbeat occa-  
sio.

§. 2. Id profecto illis præter alios esset præcipuum, et eximium, quod plane non ferendis premerentur angustiis; cum contra omnium deceat eos uti fortuna, quos pro singulari tua et inclitæ Bavaricæ Domus propria in Ecclesiam pietate semper omnium habuisti carissimos. Profecto Nos piget te recentem ex studiosissimo officio, quod per tuos Oratores in Francofurtensi Conventu, ut ad Nos scripsit Venerabilis Frater Archiepiscopus Trajanopolitanus maxima tui cum laude, et bonorum omnium approbatione, Apostolicæ Sedi præstitisti, rem a Nobis postulasse, in qua non nisi ex dimidia parte possumus voluntati tuæ, morem gerere. Interea commodiorem occasionem cupide expectamus, qua summam Nostram erga te voluntatem pro tuis, clarissimæque familiæ tuæ in Apostolicam Sedem immortalibus meritis, sine cuiusquam querela Nobis liceat explicare. Tunc enim palam fiet præclaro tuo erga supremam Catholicæ Religionis Cathedram studio pares Nos grati devinctique animi sensus gerere: nec quidquam tam esse in optatis Nostris, quam majorem in modum tuis commodis inservire. Tibique, dilectissime in Christo Fili Noster, intimo Nostri paterni cordis affectu Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die xxvi. Maii MDCCLXIV. Pontificatus Nostri anno sexto.

CDXVII.

Dat. die 4  
Junii 1764. An-  
no VI.

Lausannensi Episcopo facultates imper-  
titur permittendi in sua Diœcesi ar-  
tium exercitationes, et opera servilia,  
audita tamen Missa, in Festis diebus,  
aliquibus tamen solemnioribus, ex-  
ceptis.

Quoad similes derogationes vide superius  
sub num. CDXIII. pag. 455.

Clemens PP. XIII.

Venerabilis Frater salutem,  
et Apostolicam Benedictionem.

§. 1. Cum sicut quædam sunt, ut  
inquit Sanctus Leo Magnus prædecessor  
Noster, quæ nulla possunt ratione con-  
velli, ita multa sint, quæ aut consi-  
deratione ætatum, aut pro necessitate  
rerum oporteat temperari, illa semper  
conditione servata, ut in his, quæ vel  
dubia fuerint, aut obscura id noverimus.  
sequendum, quod nec præceptis Evan-  
gelicis contrarium, nec Decretis San-  
ctorum Patrum inveniat adversum.  
Ea propter Apostolica hæc Sancta Sedes  
pro paterna erga universos Christifide-  
les benignitate, quoad integrum sibi  
fuit, consuevit supremam suam in iis  
interponere auctoritatem, quæ cætero-  
quin ad majus Divini Cultus incremen-  
tum præscripta, aut per frigescentem  
in nonnollorum cordibus charitatem, ad  
otium luxuriamque convertantur, aut  
ob rerum ad vitam traducendam neces-  
sariarum inopiam non, sine conscientie  
angore contemnantur.

Præstat ea in  
Ecclesiastica  
disciplina tem-  
perare, quæ  
hanc exhibent  
necessitatem  
pro ætatum, et  
temporum con-  
ditione.

§. 2. Quoniam autem sicut pro par-  
te tua Nobis expositum fuit, eidem Fra-  
ternitati tuæ innotuit, quod in tua Lausan-  
nensi Diœcesi adeo excreverunt calamita-  
tes, et angustie propter præsentium tem-  
porum infortunia, ut miseri illius habi-  
tatores, incolæque, ac præsertim ii,  
qui in sudore vultus sui panem come-  
dunt, persæpissime cogantur (quamvis  
animo iuvito) dies festos negligere,  
operibusque mechanicis se se addicere  
pro pane lucrando, et id eo facilius con-  
tigit, ob excretum dierum festorum  
numerum. Ac propterea Nobis humili-  
ter supplicatum fuit, ut in præmissis  
opportune providere, et ut infra indul-  
gere de benignitate Apostolica dignare-  
mur.

Præces por-  
recte pro festo-  
rum dierum  
imminutione in  
Diœcesi Lau-  
sannensi.

§. 3. Nos itaque, qui Christifidei-  
bus, quantum cum Domino possumus  
salutare remedium potius ad æternum

Præcibus por-  
rectis annuit  
Pontifex, desi-  
gnatis solem-

nioribus die-  
bus, in quibus  
integra per-  
manere debet  
præcepti ob-  
servantia.

salutem comparandam, et humanam vitam honeste sustinendam adhibere, quam per severiorem Ecclesiæ disciplinæ rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos Incolas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis et interdicti, aliisque Ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, Fraternitati tuæ per præsentem committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus Christifidelibus in prædicta Lausannensi Diœcesi existentibus, ut deinceps omnibus diebus Dominicis, nec non Natalis Domini Nostri Jesu Christi, et sequenti Sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphaniæ, Paschatis Resurrectionis, et sequenti, Pentecostes, et sequenti, ac Corporis Christi, et Ascensionis, Sancti Joannis Baptistæ, et Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, et Commemorationis omnium Sanctorum, præterea quinque dicatis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ, scilicet Purificationis, Annunciationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non Sancti Patroni, aut Tutelaris cujuslibet Loci pro hominibus ejusdem Loci dumtaxat, festivis diebus, in quibus integra maneat præcepti obligatio; in reliquis vero festis sive per hanc Sanctam Sedem præceptis, sive per Synodales ejusdem Diœcesis Constitutiones, sive quacumque alia de causa etiam ex causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem quoque auctoritate Nostra Apostolica per te commutari, volumus, præceptis, præscriptisque (audita Missa) laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus sine nullo prorsus conscientiæ scrupolo vacare possint, auctoritate Nostra Apostolica concedas, et indulgeas, permittas, et statuas, præcipias, et mandes.

§. 4. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus Conciliis, editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, et Ordinationibus, nec non Diœcesis prædictæ, illiusque Locorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et Literis Apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque

tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die iv Junii MDCCLXIV, Pontificatus Nostri anno sexto.



Demotio con-  
trariorum.

*Ad exitum perducto Anno VI., cunctisque materiis re-  
latis, quæ Ecclesiasticam Pontificis potestatem hoc  
eodem Anno respiciunt, ea recensenda esse duximus,  
quæ temporale dominium spectant, scilicet superiori  
quovis Anno egimus.*

Dat. die 30. Augusti 1765. Anno VI.

CDXVIII.

Plenipotencia Cardinali Torregiani ad subscribendas, et signandas, conventiones confectas cum Rege Christianissimo, circa milites a suis signis discedetes, et in Civitate Avenionensi confugentes.

Dilecto Filio Nostro Aloysio, seu Ludovico Mariæ S. R. E. Diacono Cardinali Torrigiani nuncupato

Clemens PP. XIII.

Dilecte Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem.

Enumerantur præcedentes plenipotencie pro conventionibus hisce conciliandis.

§. 1. Cum per Venerabilem fratrem Petrum Archiepiscopum Collossensem apud carissimum in Christo filium Nostrum Ludovicum Francorum Regem Christianissimum, Nostrum, et Sedis Apostolicæ Nuncium, a Nobis Nostrum, et Sedis prædictæ Plenipotentiarium per alias Nostras in simili forma Brevis die xvi. Aprilis proxime præteriti expeditas literas deputatum, ac dilectum filium Nobilem Virum Stephanum Franciscum de Choiseul de Stanuill Parem Franciæ, ac Ministrum, et Secretarium Status ejusdem Ludovici Regis, ejusque Ministrum Plenipotentiarium, quem ipse Ludovicus Rex sufficienti ad hoc mandato muniverat, nonnullas novas providentias, et mandata pro suis copiis militaribus, præter ea, quæ alias inter dictam Sedem, et ipsum Ludovicum Regem inita fuerant quoad illius milites a signis suorum exercituum discedentes, ac in Civitate Avenionensi, et in Comitatu Nostro Venayssino perfugio utentes, aliaque in præmissis, ac insimul de iis, qui inter militares Copias ipsius Ludovici Regis se se conscribere, et militare, accepta pecunia promittunt, et spondent, inita, et prescripta fuerint.

Novæ tribuantur plenipotencie pro subscribendis jam conciliatis conventionibus, illarum observantiam promittendo.

§. 2. Hinc est, quod Nos, motu proprio, ac certa scientia, et matura deliberatione, Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, ut debita conclusione definita remaneant, te, de cuius fide, prudentia, integritate, ac in rebus agendis dexteritate plurimum in Domino

confidimus, in Nostrum et dictæ Sedis Plenipotentiarium tenore præsentium nominamus, constituimus, et deputamus, tibi, ut Nostro, præfatæque Sedis nomine novas providentias, conventiones, et pacta hujusmodi subscribere, tuoque signo munire libere, et licite possis et valeas, plenam, et amplam facultatem harum serie concedimus, et impertimur. Decernentes validum, et efficax fore quidquid earundem præsentium vigore subscripseris, et signaveris id omne, quantum in Nobis acceptum, et gratum, firmumque, ac ratum habere, nec non observare, complere, et exequi in verbo Romani Pontificis promittentes. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die trigesima Augusti millesimo septingentesimo sexagesimo tertio, Pontificatus Nostri anno sexto.

CDXIX.

Alloquutio habita in Consistorio diei ix. Aprilis MDCCLXIV. qua attempta Annonæ caritate proponitur quingentorum scutorum millium extractio ex deposito S. M. Sixti V. in Arce S. Angeli, nec non Decretum Consistoriale super eadem extractione, et regulæ pro extractæ pecuniæ reintegratione.

Quoad repositionem scutorum decies centena millium in Arce S. Angeli, et vincula in actu hujus repositionis adposita habemus Constitutionem Sixti V. diei xxi. Aprilis MDLXXXVI. itemque de aliorum scutorum decies centena millium repositione in eadem Arce S. Angeli sub iisdem vinculis habemus Constitutionem ejusdem Pontificis diei vi. Novembris MDLXXXVII. pariter de tertiis decies centenis millibus scutis in eodem loco repositis adest Constitutio tertia die xxvii. Aprilis MDLXXXVIII, quæ omnes impressæ leguntur in Bullario Mainardii.

Venerabiles Fratres

§. 1. Quanto in merore, et sollicitudine versemur ob rei frumentariæ

Exponitur infelix Urbis, et Apostolicæ di-

tionis status ob  
Annonæ carita-  
tatem.

inopiam, qua Deus Urbem hanc, atque universam Sedis Apostolicæ ditionem, sic peccatis nostris exposcentibus, affligere non desinit, non est curæ vobis, Venerabiles fratres, qui omnia probe nostis, ac una Nobiscum impensissime doletis, pluribus explicemus. Quod primum erat Apostolici Nostri muneris debitum, atque Officium, ut misericordiam, ac benignitatem Omnipotentis Dei, qui dat escam omnibus invocantibus eum in veritate, precibus, supplicationibusque imploravimus, id Nos ipsi adimplere curavimus; et deduxerunt lacrymas oculi Nostri, quoniam contrita est Civitas Sancta, et Cives ejus attenuati sunt fame, et Nobiscum vos, atque omnes Civium Ordines, superioribus diebus, siogulari Nostri consolatione, et totius Urbis exemplo, ad gloriosum, et nunquam destitutum Beatorem Apostolorum Urbis Nostre patronum sepulchrum supplicando ritu accessistis, ut tantorum Apostolorum meritis confisi, ab omnipotentis manu Dei, a qua omnia replentur ubertate, in tantis calamitatibus opportunam opem, et auxilium deprecaremur.

§. 2. Sed neque humana etiam consilia prætermisimus, ut Urbi finitimisque regionibus, atque etiam aliis Civitatibus, et locis Ditionis Nostre, frumenti inopia laborantibus consuleretur. Nostis, Venerabiles Fratres, quas multis ex vobis auctoribus, rationes inire necesse fuerit, qua cura, quo labore undique in Nostriis conquisita frumenta, et quo studio, et impensa Mercatoribus, aliisque viris negotium mandatum fuerit, ut ab exteris compararent. Illud nunc restat statuendum, nude necessarij sumptus Nobis suppeditentur. Erarii Pontificij vires jampridem attrite sunt, et impossibile omnino est, novam aliquam nunc excogitare rationem, ad tantam pecuniarum vini colligendam, quantam universalis Annonæ caritas exigit, et quantum in promptu habere necesse est, ut celeri subsidio, præsentis necessitati succurramus. Decrevimus itaque summam quingentorum millium scutorum vulgaris monete ex Erario sanctiori Arcis Nostre Sancti Angeli depromere; neque enim ambigi posse credimus, in eo Nos versari gravissimo casu Annonæ caritatis, quo fel. rec. Sixtus Papa V prædecessor Noster, ex eodem sanctiori Erario pecuniam ejusmodi ab ipso congestam desumi posse permisit, in suis

desuper editis Constitutionibus, quas tamen, tum in ipsa extrahenda pecunia, tum in reportanda, tum quoad cæteras leges circa eam adjunctas, accurate, ac diligenter observare omnino intendimus; non minus illius jurisjurandi, quo sæpius hac in re Deo Optimo Maximo, atque huic Sanctæ Sedi fidem Nostram obstrinximus, religione compulsi, quam Apostolici muneris Nostri adducti ratione, qua ea omnia, quæ a prædecessoribus Nostriis, sancte, et utiliter constituta esse noscuntur, inviolate custodire admonemur. Porro cum ante aliquot dies de toto hoc negotio præmoniti, jussu Nostro fueritis, illud vos, pro spectata prudentia vestra, mature ac sedulo expendisse non dubitamus.

Quid vobis videtur?

( *Emissis ab unoquoque ex Rm̄is Cardinalibus proprii animi sensibus, sequens edidit Decretum* ).

§. 3. Auctoritate, Omnipotentis Dei, Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, ac Nostri, attento Fraternitatum vestrarum unanimi voto, consilio, et assensu, ac quatenus opus sit, decreto etiam propria vestrorum omnium manu subscripto, firmato, ac roborato, volumus, decernimus, et mandamus, ut ex pecuniis in sanctiori Erario Arcis Nostre Pontificiæ S. Angeli, per fel. record. Sixtum Papa V. prædecessorem Nostrium reconditis, et collocatis, depromantur, et extrahantur quingenta millia scutorum monete Romanæ, successive tamen, ac pluribus vicibus, ut præsentis gravissimæ Annonæ caritati, quæ populi interitum allatura videtur, celeri subsidio succurratur. Quod si ex prædicta summa portio aliqua, in frumenti emptione consumpta non fuerit, volumus, ut in idem Nostrium Erarium restituatur, et reponatur, ibique iisdem ut prius vinculis, subjecta remaneat, in omnibus, et per omnia juxta tenorem Constitutionum per eundem Sixtum prædecessorem Nostrium desuper editarum, atque ita ab omnibus ad quos spectat, omnino fieri, et exequi, præcipimus, et mandamus. Eam vero suramam, quæ in necessitates hujusmodi erogata fuerit, cum impensarum faciendarum ratio cessaverit, omnino in Erarium unde depromta fuit, in eodem pecuniæ valore restitui, et reponi, opportuno tempore volumus, intendimus, atque ita, Deo dante curabimus, juxta formam, et dispositionem earumdem Constitutionum.

Refertur tenor  
Pontificij de-  
creti super  
proposita pec-  
cuniarum ex-  
tractione, ero-  
gatione, et fu-  
tura reintegra-  
tione.

Proponit extrac-  
tionem pecu-  
niarum ex Arce  
S. Angeli ad  
succurrendum  
Annonæ indi-  
gentis, sub re-  
integrationis  
futuræ lege.

Cæterum de ejusmodi Nostro Decreto, et aliis præmissis omnibus, ultra Venerabilem Fratrem Nostrum Henricum Episcopum Tusculanum S.R.E. Cardinalem Ducem Eboracensem ejusdem S.R.E. Vice-Cancellarium, etiam dilectum Filium Nostrum Carolum dictæ S.R.E. Presbyterum Cardinalem Rezzonicum Sacri Collegii Camerarium in solidum rogari volumus, et mandamus.

In Nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen.

Ego Clemens Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Nos infrascripti S. R. E. Cardinales, parendo mandatis SSmi Domini Nostri, ac etiam ex munere Officii Nostri, de præfatis omnibus rogati, in eorum fidem, præsentem etiam Nostra propria manu subscripsimus in eodem Consistorio, eadem die 9 Aprilis 1764.

Ego Henricus Episcopus Tusculanus Cardinalis Vice-Cancellarius.

Ego Carolus Tituli S. Clementis Presbyter Cardinalis Rezzonico S. Collegii Camerarias.

Voluntatis  
emissum ab  
Cardinalibus  
in Consistorio  
eodem  
sequenti  
supra  
relati  
Pontificii  
decreti.

§. 4. Nos infrascripti S. R. E. Cardinales, in Consistorio secreto congregati in num. xxvii super proposita consultatione, et juxta formam notarum Constitutionum fel. rec. Sisti Papæ V. an locus sit præsentem extractioni quingentorum millium scutorum monetæ Romanæ ex pecuniis per eundem Sixtum V. in Aërio sanctiori Arcis Sancti Angeli dudum expositis, attenta gravissima Annonæ caritate, quæ populo, nisi celeri subsidio succurratur, interitum allatura videtur; sumus in voto, consensum præstamus, et quatenus opus sit, decernimus, quod liceat in casu præsentem, et in causam prænaratam extrahere ex supradicto sanctiori Aërio summam quingentorum millium scutorum Monetæ Romanæ, successive tamen, et pluribus vicibus, arbitrio Sanctitatis Suæ præfiniendis, reponendam tamen, et reportandam pro ea parte, quæ in præfatum usum impensa non fuerit, et pro reliqua opportuno tempore, cum sumptuum faciendorum ratio cessaverit, in pecunia ejusdem valoris, ut exacte adimpleatur forma in dictis Constitutionibus Sixti V. præscripta, quarum dispositionem similiter, in reliquis omnibus, servandam esse intendimus, et declaramus. Ac ad hunc effectum Nos omnes unanimiter ita sentientes, et quatenus opus sit,

decernentes, consensum, et decretum Nostrum, manuum Nostrarum subscriptione in eodem Consistorio secreto firmavimus, et roboravimus. Hac die 9. Aprilis MDCCLXIV.

Ego Carolus Albertus Episcopus Ostiensis, et Veliternensis Cardinalis Giudobonus Cavalchini Sacri Collegii Decanus.

Ego Henricus Episcopus Tusculanus Cardinalis Dux Eboracensis.

Ego Fabritius Episcopus Albanensis Cardinalis Serbellonus.

Ego Joannes Franciscus Episcopus Prænestinus Cardinalis Stuppanus.

Ego Joseph Tituli S. Pancratii Presbyter Cardinalis Feroni.

Ego Cosmas Tituli S. Cecilie Presbyter Cardinalis Imperialis.

Ego D. Antonius Andreas Tituli S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis Galli Major Pœnitentiarius.

Ego Carolus Tituli S. Clementis Presbyter Cardinalis Rezzonico S.R.E., et Sacri Collegii Camerarius.

Ego Ferdinandus Maria Tituli Sancti Silvestri in Capite Presbyter Cardinalis de Rubeis.

Ego Joseph Maria Tituli S. Alexii Presbyter Cardinalis Castelli.

Ego Cajetanus Tituli S. Augustini Presbyter Cardinalis Elephantinus.

Ego Petrus Hieronymus Tituli SSmæ Trinitatis in Monte Pincio Presbyter Cardinalis Gaglielmi.

Ego Petrus Paulus Tituli S. Stephani in Monte Celio Presbyter Cardinalis de Comitibus.

Ego Nicolaus Tituli SS. Nerei, et Achillei Presbyter Cardinalis Antonellus.

Ego Fr. Laurentius Tituli SS. XII. Apostolorum Presbyter Cardinalis Gauganellus.

Ego Marcus Antonius Tituli S. Mariæ de Pace Presbyter Cardinalis Columna SSmi D. N. Vicarius.

Ego Alexander S. Mariæ in Via lata Diaconus Cardinalis Albanus Prior Diaconorum.

Ego Nereus S. Eustachii Diaconus Cardinalis Corsinus.

Ego Prosper S. Agathæ in Suburra Diaconus Cardinalis Columna de Sciarra.

Ego Dominicus S. Mariæ ad Martyres Diaconus Cardinalis Ursinus.

Ego Flavius S. Mariæ in Porticu Diaconus Cardinalis Chisius.

Ego Aloysius Maria SS. Viti, et Modesti Diaconus Cardinalis Torregianus.

Ego Joannes Constantius S. Cæsarei

Diaconus Cardinalis Caracciolo.

Ego Nicolaus S. Georgei in Velabro

Diaconus Cardinalis Perelli.

Ego Andreas S. Angeli in Foro Pi-  
scium Diaconus Cardinalis Corsinus,

Ego Cornelius SS. Cosmæ et Damia-  
ni Diaconus Cardinalis Caprara.

Ego Andreas S. Mariæ in Aquiro Dia-  
conus Cardinalis Nigronus.

## FINIS TOMI SECUNDI

